16. ῥεῦσις ἀπὸ τῆς σωμάτων ἐπιπολῆς συνοχῇ ἢ μειώσει διὰ τὴν ἀναπλήρωσιν. Ita Froben. et Eudocia. ἀπὸ τῶν σωμάτων τοῦ ἐπὶ πολλῆς συνοχῆς οὐκ ἐπίδηλος σημειώσει, διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν Stephan. et Codex Arundel. nisi quod ἢ μειώσει hic habet. ἀπὸ τῆς τῶν σωμάτων συνοχῆς Codices Romani a Rosso comparati. Versio autem Ambrosii: *Nam fluxus a corporibus eius qui sit in multa angustia, notationi perspicuus non est, ob contrariam repletionem.* Reddidit igitur similiter σωμάτων τοῦ ἐπιπολῆς, quod cum Rosso praetuli, cum veteres vocabulo ἐπιπολῆς tanquam praepositione usi reperiantur omnes. τὸ ἐπιπολῆς dixit etiam Alexander Aphrodisiensis. τὸ μὲν ἐν ἐπιπολῆ apud Strabonem 12. p. 198. Sieb. sine dubio mutandum in τὸ μὲν ἐπιπολῆς. Ceterum multis verbis Rossi lectori persuadere conatur, verba διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν esse coniungenda cum sequente membro, non cum antecedente, uti feci cum aliis. Sed rem minime conficit comparatio loci plane gemini infra sect. 17. multo minus Lucretii 4, 103. *Sunt igitur tenues formarum consimilesque effigies, singillatim quas cernere nemo quum possit, assiduo crebroque repulsu reiectae, reddunt speculorum ex aequore visum.* Nam si quaerimus, cur singillatim cernere effigies non liceat, aliam causam non reperiemus, nisi quoniam singulae non apparent, sed alia aliam continua serie sequitur.

Quae sequuntur verba καὶ συστάσεις — ὀξεῖαι — συμπληρωμα γινεσθαι, partim bene, plura male interpretatur Rossi. Recte quidem monet, συστάσεις ὀξείας esse concretiones atomorum, quae puncto temporis fiunt et dissolvuntur; sed male ponit, *easdem secerni ab illis, quae serventur ἐπὶ πολὺν χρόνον διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν, cum hae contrariam ob causam, nempe διὰ τὸ μὴ δεῖν κατὰ βάθος τὸ συμπλ. γίνεσθαι, subito coalescant ac dispergantur.* Neque enim hic atomi cum atomis comparantur, sibique invicem opponuntur, neque verbis istis contraria causa utriusque membri redditur; sed sermo est

primum de spectris a corporum superficie continue recedentibus et situm ordinemque atomorum eundem, quem in corporibus habuerant, obtinentibus. Haec spectrorum effluvia continua concrescunt in aëre subito in formas quasdam et species similes quidem corporibus, sed sine corpore. Corporis plenitatem et naturam significant verba *κατὰ βάθος τὸ συμπλήρωμα γίνεσθαι.* Ut igitur haec effluvia spectrorum continua fiunt *ἅμα νοήματι*, sic etiam formae ex his concretae in aëre *ὀξεῖαι συμβαίνουσι.* Id enim verbum repetendum censeo ex initio sectionis.

βλέπῃ τις τινὰ τρόπον τὰς ἐνεργείας ; ἵνα καὶ — ἀνοίσῃ · εἰ δεῖ καὶ νομίζειν. Ita Froben., Eudoc. *ἐναργείας* cum Gassendo Menagius scribunt. Deinde *συμπαθείας* cum Codice Sambuci Stephan. *Convenientiam* vertit Ambrosius. Meibomius interpolavit vulgatam insertis verbis *τις τίνα τρόπον τὰς ἐνεργείας τὰ εἴδωλα ποιεῖται, ἵνα* et cet.; denique cum Gassendo et Menagio et Aldrobandino dedit: *ἀνοίσῃ · δεῖ δὲ καὶ νομίζειν.* Supplemento Meibomiano nihil inscitius esse ait Rossi, qui, probata scriptura *ἐναργείας*, verba *εἰ δεῖ καὶ νομίζειν* et sequentia copulat cum superioribus *ἵνα καὶ τὰς συμπαθείας — ἀνοίσῃ.* Sed interpretari totum locum omisit, neo docuit rationem, qua posteriora verba cum prioribus connexa haereant. Equidem *ἐναργείας* hic tolerari posse nego, quae sunt, quae alibi *τὰ φαινόμενα* vocat, id est res, quae sensibus percipiuntur. Contra malim *τὸν τρόπον τῆς ἐνεργείας.* Ex ipsa enim ratione agendi et sensuum instrumenta afficiendi demonstrare conatur, esse effluvia atomorum, quae in aëre consistentia in formam aliquam *εἴδωλα* efficiant. Postea malim *Δεῖ γὰρ νομίζειν* et cetera.

17. *οὐ γὰρ ἂν ἀποσφραγίσαιτο τὰ ἔξω διὰ τοῦ ἀέρος.* Nihil ab hac scriptura mutat Froben., Stephan. et Eudocia, nisi quod sola Steph. *μορφῆς διὰ τοῦ ἀέρος* habet cum Ambrosii versione, ceterae *καὶ τοῦ ἀέρος.* *καὶ διὰ τοῦ ἀέρος* Arundel. Codex, et paulo antea *οὐ γὰρ ἂ μέν.* Meibomius locum clarum antea et perspicuum emendando pervertit et obscuravit scribendo: *οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἀποσφραγίσαιτο τὰ ἔξωθεν — μορφῆς, ἢ διὰ τοῦ ἀέρος — καὶ διὰ τῶν ἀκτίνων.* Pro *ἐπεισιόντος* Codex Samb. dat *ἐπιστάντος.*

ὥστε ὁρᾶν ἡμᾶς — χροῶν τε καὶ ὁμ. Ita scripsit Meibomius. Frob., Steph., Eudoc. οὕτως ὡς τύπων ἀπὸ χροῶν καί. Equidem non dubitavi scripturam antiquam revocare, mutatis verbis ἀπὸ χροῶν in ὁμοχρόων; et vidi postea, Rossum mecum sentire. Versio Ambrosii: *quae a coloribus formaeque similitudine non differant.*

ἀποδιδόντος — σώζοντος. Ita recte Frob. Stephan. versio Ambros. et Eudoc. Temere ἀποδιδόντες — σώζοντες reposuit et ineptissime vertit Meibomius, iudice etiam Rosso.

ἀτόμων πλάσεως. Plutarchus c. Colotem p. 166. H. καὶ τὰς ἀτόμους ἀπαθείᾳ καὶ στερρότητι πάντα χρόνον ὡσαύτως ἔχειν, τὰ δὲ συγκρίματα πάντα ῥευστὰ καὶ μεταβλητὰ, καὶ γινόμενα καὶ ἀπολλύμενα εἶναι, μυρίων μὲν εἰδώλων ἀπερχομένων ἀεὶ καὶ ῥεόντων, μυρίων δὲ, ὡς εἰκὸς, ἑτέρων ἐκ τοῦ περιέχοντος ἐπιρρεόντων καὶ ἀναπληρούντων τὸ ἄθροισμα, ποικιλλόμενον ὑπὸ τῆς ἐξαλλαγῆς ταύτης καὶ μετακεραννύμενον, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἐν βάθει τοῦ συγκρίματος ἀτόμων οὐδέποτε λῆξαι κινήσεως οὐδὲ παλμῶν πρὸς ἀλλήλας δυναμένων, ὥςπερ αὐτοὶ λέγουσι.

18. Καὶ ἣν ἂν λάβωμεν ἐπιβλητικῶς. Frob. Eudoc. ἀναλάβωμεν. Pessime vulgo ante haec verba comma positum conspicitur: nova tamen incipit sententia, quam Meibomius pervertit, posito puncto post συμβεβηκότων, ubi deinceps cum editione Aldrobandini scripsit Μορφὴ δ' ἐστὶν αὕτη, uti monuit etiam Rossi, qui vocabulum ἐπιβλητικῶς dictum monet pro κατ' ἐπιβολὴν, idque cum Cicerone Acad. Quaest. 4, 18. interpretatur *per impressionem.* Comparavit etiam locum Themistii libro 3. de anima: ὥςπερ γὰρ τῇ αἰσθήσει τὸ μὲν λευκὸν καὶ τὸ φῶς κατ' ἐπιβολὴν, τὸ δὲ μέλαν καὶ τὸ σκότος κατὰ στέρησιν. idque ipsum eundem addit ex Platone appellare ἐπέρεισιν. Postea τὰ συμβεβηκότα *accidentia* interpretatur cum Quinctiliano, qui *rerum accidentia* dixit 5, 10, 23. Institutionum. Denique τὸ ἑξῆς πύκνωμα interpretatur *continentem densitatem*, et simul monet, Augustinum in Epistola ad Dioscorum hoc Epicuri πύκνωμα vertisse *imaginum constipationem et densitatem.*

Redeo ad vocabulum ἐπιβλητικῶς, quod recte quidem Rossi interpretatur dictum eodem sensu ut κατ' ἐπιβολὴν, sed hanc ipsam ἐπιβολὴν male explicat.

Exempla ab eo apposita ducta sunt e Budaei Commentariis Gr. Linguae, sed is ad locum Themistii duplicem interpretationem adhibuit, *applicationem intellectus ad rem intelligibilem*, vel *ipsius rei intelligibilis in intellectum incursum*. Verum Italus eam elegit, quae ab usu Epicurei sermonis aliena est, ut deinceps docebo. Vocabulum ἐπιβλητικῶς idem Budaeus posuit ex hoc Philoponi loco: διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς ἐπιβλητικῶς τῇ αὐτῆς φύσει πλησιάσαι. ubi interpretatur Budaeus: *ita ut in eam incumbat intellectus*. In Epistolis Epicuri apud Diogenem plura sunt loca, ubi ἐπιβολὴ applicationem et adversionem animi significat. Ita est sect. 35. τῆς ἀθρόας ἐπιβολῆς et τῆς κατὰ μέρος. sect. 36. ἡ κυριωτάτη ἐπιβολὴ ἐπὶ τὰ πράγματα et ταῖς ἐπιβολαῖς ὀξέως χρῆσθαι. sect. 38. τὰς παρούσας ἐπιβολὰς εἴτε διανοίας εἴτε — τῶν κριτηρίων. sect. 50. φανταστικῇ ἐπιβολῇ. sect. 51. κατ' ἄλλας τινὰς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας ἢ τῶν λοιπῶν κριτηρίων. sect. 62. κατ' ἐπιβολὴν λαμβανόμενον τῇ διανοίᾳ. sect. 69. ἐπιβολὰς ἔχοντα ἰδίας καὶ διαλήψεις. sect. 83. εἰς τὰς τοιαύτας ἀναλύοντας ἐπιβολὰς τὰς πλείστας τῶν περιοδειῶν ὑπὲρ τῆς ὅλης φύσεως ποιεῖσθαι. Haec exempla e prima Epistola sufficiant. Ipse Rossi postea τὴν φανταστικὴν ἐπιβολὴν interpretatur cum Aldrobandino *visus notionem*, addens: *sic autem dicitur vel quasi applicatio mentis ad rem, quae cognoscitur, vel quasi incursus aut impressio in animum visi aut notionis*. Posterior ratio plane falsa est, temere e Budaeo translata.

ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι. Meibomius cum Sambuco addidit ἢ μὴ ἀντιμαρτυρηθήσεσθαι, quo supplemento facile caremus. Versio Ambrosii obscura est haec: *Porro eo quod opinamur mendacium semper ac falsum asseri sive non refelli potest. Sin vero minus asseratur.* Longe ineptissime Meibomius: *quando testimonio confirmatur aut testimonio non refellitur. Sin vero minus asseratur.* Mihi verba haec ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι· εἶτ' οὐκ ἐπιμαρτυρουμένου non solum vitiosa sed etiam truncata esse videntur. Primum tempus et modus verbi primi non habent, unde pendeant. Minime enim cum verbo προσδοξαζομένῳ coniungi debent. Deinde genitivus ἐπιμαρτυρουμένου iterum luxatus pendet. Equidem suspicor fuisse olim scriptum ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι προσμένοντι, εἶτα οὐκ ἐπιμαρτυρουμένῳ. Sed video nunc Rossum recte animad-

vertisse, verba ea, quae nunc seclusi, spuria et temere huc e sequentibus translata fuisse.

κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν. Vulgatum *ἀκίνητον* facile fuit Meibomio e sequente sectione corrigere; sed indidem discere poterat, sequens *ἐχούσῃ*, quod Editiones obsidet, esse cum Rossio mutandum in *ἔχουσαν*, quod vertit Ambrosius, qui tamen *συνημμένην φανταστικὴν ἐπιβολὴν διάληψιν ἔχουσαν* scriptum legit. *διάληψιν* est etiam in Froben. Stephan. Eudocia: idemque rescribi iussit Sambucus, atque unice probandum censuit hic et deinceps Italus Rossi. Idem deinceps *φαντάσματα τὰ ἐν εἰκόνι λαμβανόμενα* interpretatur visa ex imaginibus seu pictis seu fictis accepta. Sed errat, cum ad verba *τοῖς οὖσι καὶ ἀληθέσι* intelligit nomen *φαντάσμασι*.

19. *τινὰ καὶ τοιαῦτα.* Vulgatum *ταῦτα* cum Gassendo correxi, ut deinceps *πρὸς ὅ*: ubi tamen verum reddidit versio Ambrosii et Meibomii *ad quae iaculamur intuitum.* Forte *ἐπιβάλλομεν* scriptum fuit. Rossi interpretatur vulgatam: quod per ea visa petimus sive attingimus.

Κατὰ δὲ ταύτην — ἔχουσαν. Haec propter similitudinem exciderunt in Froben. et Eudocia; addidit Steph. e versione Ambrosii.

20. *Καὶ τὸ ἀκούειν.* Articulum omisit Frob. Eudocia. Deinceps *κατασκευάζοντος* Froben. Eudocia, Codex Arundel.

ὁμοιομερεῖς ὄγκους — πρὸς ὃ ἀποστέλλεται. Vocem *ὄγκους* e versione Ambr. addidit cum Sambuco Stephan. sed eadem cum Frob. Eudoc. *πρὸς τὸ ἀποστεῖλαν*, quam scripturam miror a Rossio emendationi Meibomii praelatam fuisse. Versio Ambrosii: *ad id quod emisit atque ad sensum pertingentem, qui in illo ut plurimum facit.* Male deinceps *ἐπ' ἐκείνου* Froben. Eudocia, versio Ambros. Plutarchus Placit. 4, 19. locum maioris operis ita excerpsit: *Ἐπίκουρος τὴν φωνὴν εἶναι ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων ἢ ἠχούντων ἢ ψοφούντων· τοῦτο δὲ τὸ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύματα. Ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιογενέσι. Τούτων δ' ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς ἀποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς. Φανερὸν δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων, καὶ τῶν ἐμφυσώντων κναφέων τοῖς ἱματίοις.* Exempla duo

apposita quid faciant ad rem, nondum intelligo. Longe doctius Epicuri doctrinam excerpsit Sextus 7. s. 208. *ὅνπερ οὖν τρόπον οὔτε ἡ ἐν τῷ κρουομένῳ χαλκώματι φωνὴ ἐξακούεται, οὔτε ἡ ἐν τῷ στόματι τοῦ κεκραγότος, ἀλλ' ἡ προσπίπτουσα τῇ ἡμετέρᾳ αἰσθήσει· καὶ ὡς οὐθείς φησι τὸν ἐξ ἀποστήματος μικρᾶς ἀκούοντα φωνῆς ψευδῶς ἀκούειν, ἐπείπερ σύνεγγυς ἐλθὼν ὡς μείζονος ταύτης ἀντιλαμβάνεται· οὕτως οὐκ ἂν εἴποιμι ψεύδεσθαι τὴν ὄψιν, ὅτι ἐκ μακροῦ μὲν διαστήματος μικρὸν ὁρᾷ τὸν πύργον καὶ στρογγύλον, ἐκ δὲ τοῦ σύνεγγυς μείζονα καὶ τετράγωνον.*

21. *γίνοιτο.* Vulgatum *γένοιτο* correxi. Deinceps *ἕξει — πάσχειν* vulgabatur. Frob. Steph. Eudoc. *ἕξει — πάσχων. multum enim ei deesset, si hoc ab illa pateretur* versio Ambrosii: *non uno enim defectu laborabit, ut hoc ab illa patiatur* Meibomii multo ineptior. Mihi *ἔχει* scriptum fuisse videtur, et dictum ut vulgo *πολλοῦ γε δεῖ τοῦτο πάσχειν.*

22. *ἐπειδήπερ δεῖ τι ὑπομένειν.* Froben. Stephan. Eudocia *ἀεί τι ὑπομένει.* Correctionem suppeditavit versio Ambrosii.

ἐν πολλοῖς. Ita etiam Steph. *ἐκ παλλοῦ* Froben. Eudocia, Arund. Codex. *ex plurimis* versio Ambrosii. Equidem probabilem Gassendi coniecturam sequor.

ἐπί τινων δὲ κατά. Ita Meibomius. *τινῶν δὲ καὶ* Froben. Steph. Eudocia, Codex Arund. *καὶ πρὸς ὅλους καὶ ἀφ' ὅλου* Aldrobandini Editio.

23. *Τοῦτο γὰρ καί.* Meibomius recte coniecit *ταῦτα.* Deinceps *κατὰ περιαίρεσιν* Aldrobandinus dedit, *amputatione* vertens; etiam Ambrosius *secundum ablationem* vertit. Vulgatum *προαίρεσιν* interpretatur Meibomius *quae apud nos e proposito transfigurantur, figura quae inest sumitur.* Verbum *λαμβάνεται* censet positum pro *λείπεται*, et apposito exemplo faciei a pictore mutatae, et urcei a figulo in labrum mutati, docere conatur, figuram hominis nativam et formam manere, qualitates mutari; sed argumentatio in urceo male procedit. Hoc vere dici potest *μάχεσθαι τοῖς ἐναργήμασι.* Nam quid est *μετασχηματίζειν* nisi *τὸ σχῆμα τὸ ἐνυπάρχον μεταβάλλειν?* Deinde *λαμβάνεται* pro *λείπεται* graece non dicitur; nec *κατὰ προαίρεσιν* dictum puto, sed potius *ἐκ προαιρέσεως*, ut latini dicunt *ex arbitrio, pro arbitrio.*

Equidem *μεταλαμβάνεται* scripsi, ut sententia vera et clara redderetur; deinde restitui antiquum *ποιότητες οὐκ ἐνυπάρχουσαι*, ubi Meibomius *αἱ* interposuerat, quanquam antea legatur *τὸ σχῆμα ἐνυπάρχον*. Postea *μεταβάλλοντι, ὥςπερ ἐκεῖνο*, (nempe *τὸ σχῆμα*) *οὐ καταλείπονται, ἀλλ' — ἀπόλλυνται* scripsi, ubi Edd. ceterae *μεταβάλλοντι, ὥςπερ ἐκεῖνο, καταλείπεται — ἀπολλύμεναι*. Ita etiam versio Ambrosii. Sed Meibomius dederat *μεταβάλλοντι, οὐχ ὥςπερ ἐκεῖνο καταλείπονται — ἀπόλλυνται*. Nempe corporis cuiuscunque propria est figura, tanquam naturalis *κατηγορία*; haec, quotiescunque corpus transfiguratur, manet tamen semper et haeret in corpore; sed forma mutatur. *σχῆμα* est figura, *μορφὴ*, forma. In transformatione corporis *μεταλαμβάνεται τὸ σχῆμα*, proprie non *καταλείπεται*, sed transit in aliam formam. Maximam igitur veri partem vidit Meibomius, sed non satis apte explicavit. Nunc video, *λαμβάνεται* posse etiam esse pro eo quod dicitur infra sect. 62. *τὸ κατ' ἐπιβολὴν λαμβανόμενον*.

καὶ οὐκ — [πάντα] φθείρεσθαι. Meibomius *καὶ μὴ* dederat. Antea erat *καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι*.

24. *Ἀλλὰ μὴ δὲ δεῖ νομίζειν*. Ita Meibom. sed Frob. Steph. Eudoc. versio Ambr. *μηδὲ ἀεὶ νομίζειν*. Equidem cum Gassendo dedi scripturam Codd. Pariss.

καὶ τούτου προσόντος τὰ κατά. Ita Steph. nisi quod *τὸ κατὰ* habet. Froben. Eudocia *τούτοις προσόντος κατά*. Sambucus etiam *τούτου προσόντος* correxit. Verum reddidit Ambrosius. *τὰ — ἀποδοθήσεται* dictum censet Meibomius pro *τῶν —γινομένων λόγος ἀποδ.*

μέγεθος ἐνυπάρχον. Vulgatum *ὑπάρχον* correxit Meibomius. Deinceps vulgatum *ἀφυχθαί τε ἀμέλει — ὁρατὰς ἀτόμους* corrigit voluit Meibomius ita: *διά τε τὸ ἀφῖχθαι μέλλειν*. Vertit Ambrosius: *nam et ad nos veniunt haud dubie visibiles atomi*. Gassendus coniecerat *οὔτε ἀφῖχθαι μέλλει*. Dedi quod sensus flagitabat. Rossi scribi voluit *ἀφῖχθαί τε ἂν μέλλει*, quae vertit: *et ad nos tunc atomi pervenirent*.

ὃ οὐ θεωρεῖται — ἂν γίνοιτο. Negationem e versione Ambr. addidit cum Sambuco Stephan. Vulgatum *γένοιτο* correxi.

25. *ποιῶμεν καὶ ταῖς περιλήψεσι*. Meibomius scribi voluit *καὶ ὡς ἐν ταῖς περιλήψεσι τῶν ἀθρόων*, sed operae

Wetstein. dederunt *καὶ ὡς ταῖς περ.* Exemplum opponit arenae vel seminum pugno comprehensorum, quae continua compressione effluant et semper minora fiant. Denique ante *τοὔλαττον* cum Gassendo Meibomius *ἐπὶ* inseruit. *μηδὲ* recte omitti voluit Nürnberger.

οὔτε γὰρ ὅλως — πῶς ἂν — πεπερασμένων — ὡς οὐκ ἄπειροι. Negationem ante *ἄπειροι* omissam in Frob. Steph. Eudocia inseruit Meibomius eo in loco, ubi Aldrob. *οἱ* dederat. Sed idem cum Steph. et versione Ambr. *πεπειρασμένον* recepit, et vulgatum antea *ὅπως* mutavit in *σαφῶς.* Etiam Aldrob. *πεπερασμένων* probavit. *ἔν τισι* Steph. et Aldrob. *in plerisque* versio Ambrosii, qui cetera vertit: *quales enim quidem sunt constat. nam tumores illi infiniti sunt, et ii, ex quibus qualescunque hi fuerint, infinita profecto esset etiam magnitudo.* Io. Conr. Schwartz in Dissertatione nominata in Praefatione posuit haec ita: *οὔτε γὰρ σαφῶς — ἔν τινι — πεπερασμένον — ὡς οὐκ ἄπειροι.* quae vertit: *neque enim, si quis semel dixerit, in re aliqua infinita corpuscula inesse aut quantacunque, clare perspici potest, quomodo magnitudo illa sit adhuc finita. Quae enim certae quantitatis sunt corpuscula, ea, perspicuum est, non esse infinita. Et haec, ex quibuscunque tandem aliquanta extitissent illa, infinitum forent, quamvis et magnitudinem et extremitatem haberent sub finito comprehensam.* Equidem suspicabar scriptum olim fuisse; *ὑπάρχουσιν ὁπηλικοιοῦν, ἐστὶ νοῆσαι — οὐκ ἄπειροί εἰσιν οἱ ὄγκοι οὗτοι, ἐξ ὧν [συνέστη,] ὁπηλίκοι ἂν ποτε ὦσι [καὶ πῶς] ἄπειρον ἂν [εἴη] τὸ μέγεθος ἄκρον τι ἔχον, τὸ ἐπὶ πεπερασμένῳ διαληπτόν.*

καὶ τοὐναντίον — ἂν ἦν καὶ — ὑπὸ πεπειρασμένου. Ita Meibomius scripsit, ubi antea erat: *καὶ οὗτοι — ἂν καὶ — ὑποπεπερασμένον.* sed Steph. iam inseruit verbum *ἦν.* Meibomius cum se sequentibus vitiosis membris emendandis esse imparem confiteretur, hunc etiam locum tangere non debebat. Schwartz etiam Meibomii *τοὐναντίον* damnavit, quoniam nec sententiam, ut ait, fundat bellam, et nimis discedat a vocabulo *οὗτοι.* Versionem Schwartzii qui intelligat, eum certe plus sapere existimabo, quam memet ipsum. Ambrosius postrema vertit: *extremitatem perceptibilem.* Meibomius: *cum tamen extremum habeat a finitis distinctam.*

θεωρητέον, οὐκ ἔστι μή. Versio Ambrosii: *nisi et per se ipsum inspiciendum est, nè et quod deinceps sequitur, huiusmodi intelligamus.* Scriptum igitur legit θεωρητέον ἔστι, μὴ — νοῶμεν — ὑπάρχῃ ἀφικνεῖσθαι, omissis verbis κατὰ τοιοῦτον. Schwartz locum ita emendatum posuit: ὃ εἰ μὴ καὶ καθ' ἑαυτὸ θεωρητέον, οὐκ ἔστι μὴ καὶ τὸ ἑξῆς τούτου τοιοῦτον νοεῖν, καὶ οὕτω κατὰ τὸ ἑξῆς εἰς τὸ ἔμπροσθεν βαδίζοντα εἰς τὸ ἄπειρον ἀφικνεῖσθαι τῇ ἐννοίᾳ. Quae ita vertit: *Hoc autem nisi per se considerandum sit, tum tu nec intelligere ea, quae his talibus consequentia sunt, nec deinceps in ulteriora progressus ad id, quod infinitum est, quatenus tale est, cogitando pervenire possis.* Ad quae ita annotavit: ὃ *interponendum est ad redintegrationem sensus, quem insequens oratio suggerit, nam oratio de infinito instituta continuatur. Sed si expungendum censeas, nostrae causae nihil officietur. Deinceps malim* ὡς τοιοῦτον νοεῖν. *Sed vetus illud facile ferri potest. Postea* ὑπάρχον καθ' ἃ τοιοῦτον *scribo, non* ὑπάρχειν κατὰ τοιοῦτον. *Denique* καθ' ἑαυτὸ *est, non ex usu vulgari nominis, sed ex meditatione philosophica et ipsius rei vi et potestate. Vide Laertii* 10. *s.* 67. *s.* 71. *Non nego tamen,* καθ' ἑαυτὸ *etiam* τῷ συμβεβηκότι *opponi. Vide Laertii* 10. *s.* 68. *et locum Sexti Empirici a Menagio ad libri* 10. *s.* 73. *citatum.*

βαδίζοντα εἰς τὸ ἄπειρον. Haec omisit Eudocia. β. εἰς τὸ ἔμπροσθεν Frob. e versione Ambr. correxit Steph. Verba κατὰ τοιοῦτον omisit Ambr. ὑπάρχον καθ' ἃ τοιοῦτον scribi voluit Schwartz. In loco luxato et vitioso, ubi defecit Meibomii industria et ingenium, difficile est periclitari coniecturam. Dicam tamen, quid suspicatus sim. Conieci scriptum fuisse εἰ μὴ [ὃ] καθ' ἑαυτὸ θεωρητὸν οὐκ ἔστι, κατὰ τὸ ἑξῆς τοῦτο τοιοῦτο νοεῖν [ἐστι,] καὶ οὕτω κατὰ τὸ ἑξῆς εἰς τὸ ἔμπροσθεν βαδίζοντα εἰς τὸ ἄπειρον ὑπάρχειν ἀφικνεῖσθαι τῇ διανοίᾳ.

Τό τε ἔλαχιστον τὸ ἐν τῇ. Schwartz scribi voluit Τὸ δὲ ἔλασσον νοῦ, totumque locum ita vertit atque interpretatur: *Infinitum quidem subtilius quam res sensibus percipiendae, reputandum est, propterea quod neque tale est, qualia sunt ea, quae varie immutari possunt, et solent; neque omnino omnibus rebus dissimile, sed quandam quidem convenientiam cum rebus varie mutabilibus, intercapedinem autem partium nullam habent. Sed quum propter convenientiam illam, quam importat, putaverimus aliquid eius concepisse*

animo, alia quidem in eo aliis, non nulla vero etiam nobis fortasse cognata reperiemus et consimilia. Ad quae ita annotavit: *Verba τό τε ἐλάχιστον τὸ ἐν τ. αἰ. repugnant orationi subsequenti. Nam quae sensibus minima sunt, sunt profectò corpora et res finitae, quae alias atque alias formas induunt. Sensilia enim alias aliter immutari mirifice posse, constanter Epicurus docuit. Vide Diog.* 10. *s.* 55. *et* 56. *Est autem τὸ ἐλασσον τοῦ ἐν τῇ αἰσθήσει res multo minor, tenuior et subtilior quam sit ea, qua, ex iudicio sensuum modo, minor et subtilior esse non possit. Si retineas veterem lectionem, tum per αἴσθησιν necesse est intelligere mentis contemplationem, animi considerationem, a sensuum obtutu hebetiore avocatam, seu intuitum mentis, acie sensuum obtusiore subtiliorem.*

Iam verba τὸ δὲ ἴσον ἡμῖν δεῖ προσπίπτειν vix intelligas. Nemo autem non videt, τὸ δὲ ἴσως ἡ. δ. π. parva immutatione eximiam sententiam fundere. Nam infinitum quin aliqua etiam in re nobis simile sit, vix addubitationem habet. Gassendus hic haeret.

Ceterum quia ne atomos quidem partes habere nec sensu percipi statuit Epicurus, (*Laert.* 10, 44. *Lucretii* 2, 312.) *multo minus infinitum sensu percipi putavit et partes habere distantes. Attende ad insequentia. Nam Epicurum hic de re quae sensibus minima videatur, non loqui, ex eo liquet, quia non video, quomodo minima res sensibilis mutari non queat, quum corpora, quae ex talibus constant, mutentur.* 2. *non video, cur res minima sensibilis partes distantes non habeat.* 3. *cur ea non conveniat per omnia cum alia quadam re.* 4. *quomodo a primo incipientes hanc nosse queant dici?* 5. *cur ea partibus suis partes alienas contingere non possit?* 6. *quomodo plura et maiora plus, minora minus emetiatur?* 7. *quamvis proxima inferiora videantur vulgari lectioni favere, tamen quia atomi nihil cum materia commune habent, ne sic quidem quicquam adversus nos proficitur.* 8. *ἰσονομίας mentio seu potius significatio de infinito praecessisse mentionem ostendit. Nam inepte mundus se ipse metiri et sibi aequalis esse dicitur.* 9. *Ipse Gassendus, — quum aut singula paene verba huius loci mutasset, aut novis significationibus donasset, quaedam etiam rescidisset, tamen de inventa sententiae veritate desperat. Id quod in nostram interpretationem dici commode non potest. Vide Gassendum animadv. ad Epic. Physiologiam T. I. p.* 220 *seqq.* Denique ad verba τὸ τῶς

μεταβάσεις ἔχον annotavit: *Infinitum enim est principium: principium autem nullum mutari potest.* Lucretii II, 749.

In qua interpretatione facile quidem concedo viro docto mutationem particulae τε in δὲ initio sect. 26. de reliquis non item: veluti quum censet Τὸ δὲ esse pro Τοῦτο δὲ, referendum ad antecedens ἄπειρον. Deinde violentior est mutatio vocum ἐλάχιστον τὸ in ἔλασσον τοῦ; quam tamen non aliter falsam convincere possis, nisi totam sententiam a viro docto inde collectam simul conviceris: in qua sequens ὅτι accipitur a Schwartzio tanquam causam continens priòris positionis, cum in vulgari lectione continuet atque explicet positionem. Deinde quaero, quomodo res vel corpus minus quam quod sensu percipi possit, sive id infinitum seu finitum intelligi oporteat, dicatur οὔτε πάντῃ πάντων ἀνόμοιον, ἀλλ' ἔχον μέν τινα κοινότητα τῶν μεταβάντων? ubi malim μεταβατῶν scribere. κοινότητα, quam *convenientiam* Schwartz interpretatur, ipse Epicurus rem et similitudinem, (cuius notio vocabulo potius inesse videtur,) minuendo deinceps κοινότητος προσεμφέρειαν dicit. Vulgatum autem ἐλάχιστον satis mihi quidem defendere videtur, quod sequitur sect. 27. τὸ ἐν τῇ ἀτόμῳ ἐλάχιστον. et paulo post: τοῦ κατὰ τὴν αἴσθησιν θεωρουμένου μικροῦ.

26. διάλειψιν δὲ μερῶν. Frob. πάντῃ πάντος. Steph. πάντῃ πάντων. Eudocia πάντῃ πάντως cum Codd. Paris. quod probavit Gassendus. Deinde διάληψιν Froben., Steph., Eudocia, versio Ambrosii, quod propter sequens ὅτε οἰηθῶμεν διαλήψεσθαι non erat a Meibomio mutandum in διάλειψιν.

ἀλλ' ὅτε — τὸ ἴσον ἡμῖν δεῖ προσπίπτειν. Mutatio Schwartzii τὸ δὲ ἴσως cum eiusdem interpretatione antea posita extat, in qua plane equidem ignoro, qua ratione sensus hic e verbis graecis elici vel extorqueri possit: *alia quidem in eo aliis; nonnulla vero etiam nobis fortasse cognata reperiemus et consimilia.* Mihi in verbis graecis istis ἐπὶ τάδε et ἐπὶ ἐκεῖνα non similitudinis notio sed potius partium inesse videtur, quae refertur ad praecedentem διάληψιν μερῶν, quae quomodo in re minima omnium, quae quidem sensu possit percipi, locum habeat, docere conatur Epicurus. In ea, inquit, cum propter aliquam communionis (*cum rebus sensu percipien-*

dis) similitudinem cogitatione fingimus et distinguere nobis videmur partem aliquam hinc, aliam inde sitam, istud (*tamen*) quod cogitationi occurrit, sive ad mentem nostram accidit, ut par atque aequale sit (*semper*) necesse est. Atque ita apparet, verba τι αὐτοῦ non esse separanda a sequentibus τὸ μὲν — τὸ δέ. Unde consequitur, sequens membrum τὸ ἴσον cum tota sententia priorum connexum haerere, neque interposita particula δὲ esse cum Schwartzio distinguendum.

Ἑξῆς τε θεωροῦμεν ταῦτα. Schwartz δὲ scripsit, non improbabili coniectura, locum totum ita vertens: *Videmus autem deinceps mundana haec ab eo primo proficisci, neque tamen in eo partibus partes tangere, sed propria quadam ratione magnitudines metiri, maiores magis, minores minus.* Ad quae ita annotavit: *Neque vero cuiquam mirum videbitur, si causam, cur καταρχόμενοι delerim, καταρχόμενα posuerim, silentio praeteream. Quum enim statim subsequantur ἁπτόμενα et καταμετροῦντα, interveniantque particulae καὶ, ἀλλὰ, quibuscum καταρχόμενοι stare nequaquam possit, rationis, quam inertiae librariorum, potius esse debuit momentum. Neque si καταρχόμενοι retineas, sana unquam sententia ullo pacto emergat. Quum autem ex tam levi mutatione sententia elegantissima existat, quam ob rem tandem a nobis repudietur? Etsi autem nomen πρώτου non sollicitavi, tamen praeoptarim ἀπείρου vel ἀπ' αὐτοῦ πρώτου. Quanquam, etiam de Epicuri sententia, τὸ ἄπειρον est πρῶτον et τὸ πρῶτον ἄπειρον. Quod infra ostendetur curiosius.*

Res ipsa, quam Epicurus tractat, subtilis et consideratione dignissima est. Quam est enim divinum atque admirabile, quod res a primo seu infinito profectas suis partibus infiniti partes, hoc est infiniti substantiam, tangere negat! Nam hic quoque populariter loquitur. Negavit enim modo, in infinito partes cogitari posse. Similem autem in modum libri 10. *s.* 73. *partes dierum et noctium memorat. Compara cum hisce, quae Lucretius in deos convenire dicit* 5, 147 *seqq. Quam porro divinum, quod Epicurus ait, suo quodam modo fieri, ut metiantur res parvae mediocres, maximae infinitum, seu respondeant partibus, ut ita dicam, infiniti. Vix enim in hac imbecillitate ingenii aliter intelligi potest ἰσονομία ista, quam mens nostra confingit, quum et deum infinitum, et mundum indefinitum contemplatur. Mundum indefinitum dici, quod fines eius vix reperiamus, Epicurei vero praeceptoris sui dicto-*

rum obliti nullos repererint. Vide Lucretii I, 955 seqq. Repugnat, inquam, Lucretius et condiscipuli magistro suo. Nam singulae huius mundi partes constant corporibus certa quadam figura praeditis. Ex certis autem figuris infinitum fieri non posse, diserte docet Epicurus apud Laertium 10. s. 41. Quanquam magister etiam ipse titubet. Vide Laertii 10. s. 88. Sed alias aliter accipit nomen κόσμου. Quodsi haec universa cum proxime superiore Ciceronis loco conferas, intelliges, vim quandam infiniti creatricem et conservatricem Epicuro probatam esse simplicissimam et unicam.

Scilicet e verbis huic annotationi praescriptis Schwartzius ἰσονομίαν Epicuream elicuit in hac annotatione: *Haec est ἰσονομία illa, quam Cicero libro I. de natura deorum c. 19. non satis candide proposuit, et c. 39. pervertit, neque Gassendus satis perspexit Tomi I. p. 77. col. 2. et Tomi II. p. 43. col. 1. et p. 52. col. 2.*

Ciceronis autem verba haec sunt in loco priore, ubi de natura divina disputat, quatenus mentis cogitatione possit capi atque intelligi. *Cum infinita*, inquit, *simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis existat, et ad deos affluat, tum maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere, quae sit et beata natura et aeterna. Summa vero vis infinitatis magna et diligenti contemplatione dignissima est; in qua intelligi necesse est, eam esse naturam, ut omnia omnibus, paria paribus respondeant. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est aequabilem tributionem. Ex hoc igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem; et si quae interimant, innumerabilia sint, etiam ea, quae conservent, infinita esse debere.* Hanc Epicuri ἰσονομίαν, a solo Cicerone memoratam, reperisse sibi visus est Schwartzius in verbis iis, quae cum sententia Ciceronis nihil plane habent commune. Quodsi verborum similitudinem sequi in tali disputatione liceret, potius eandem quaerendam censerem in istis Epicuri verbis, ὅτε διὰ τὴν τῆς κρινότητος προσεμφέρειαν — τὸ ἴσον ἡμῖν δεῖ προσπίπτειν sectione media 26. quae falsa emendatione pervertit Schwartzius.

Verum clarius etiam apparebit, quam sit falsa interpretatio totius loci Schwartziana, si verba singula propius inspiciamus. Statim illa: ἑξῆς θεωροῦμεν ταῦτα — καταρχόμενα interpretatur: *videmus autem deinceps mun-*

dana haec ab eo primo proficisci. Male. Iam antea enim opponebantur sibi ea, quae *καθ' ἑαυτὰ θεωροῦνται*, et ea, quae *κατὰ τὸ ἑξῆς*, seu quae per se et quae e natura continui cogitantur atque intelliguntur. Similiter nunc, postquam docuerat, quae sit natura *τοῦ ἐλαχίστου ἐν τῇ αἰσθήσει* per se spectata, nunc eo devenit, ut eandem *τοῦ ἐλαχίστου* notionem e natura continui investiget. Graece autem *ἑξῆς*, ut latine *deinceps*, usurpatur de rerum copia quadam continua, quae ex ordine aliquo mentis cogitatione vel verborum distinctione aut narratione singillatim tractantur. Denique verbum *θεωροῦμεν* in hac disputatione usurpatur ab Epicuro non de oculorum aspectu, sed de mentis obtutu et cogitatione. Quo constituto, statim fit manifestum, quam falsa sit interpretatio Schwartziana cum horum verborum, tum ceterorum quae sequuntur: veluti quum *ταῦτα* vertit *mundana haec*, cum deberet esse *τὰ ἐνταῦθα*: neque mentio infiniti, sed *τοῦ ἐλαχίστου ἐν τῇ αἰσθήσει*, per se spectati, antecessit, quo possit vox *ταῦτα* referri. Praeterea numerus pluralis habet difficultatem; nihil enim antea positum est simile vocabulum, aut sententia, quacum iungi possit hic numerus, nisi velis *ταῦτα* referre ad ista, *διαλήψεσθαί τ' αὐτοῦ, τὸ μὲν ἐπὶ τάδε, τὸ δ' ἐπ' ἐκεῖνα*, quibus partium (*μερῶν*) notio et significatio inest. Tutius igitur fortasse fuerit *ταῦτα* iungere cum nomine *τὰ μεγέθη*. Nam quod Schwartzius existimavit, a verbo *καταμετροῦντα* pendere ista *τὰ μεγέθη*, in eo falsum virum doctum demonstrant sequentia, ubi est de hac eadem notione: *ἔτι τε τὰ ἐλάχιστα καὶ ἀμιγῆ πέρατα δεῖ νομίζειν τῶν μηκῶν, τὸ καταμέτρημα ἐξ αὐτῶν πρῶτον τοῖς μείζοσι καὶ ἐλάττοσι παρασκευάζοντα τῇ διὰ λόγου θεωρίᾳ ἐπὶ τῶν ἀοράτων.* Ubi licebat etiam addere *μεγέθη* post *ἐλάχιστα καὶ ἀμιγῆ*; uti hoc in loco *ταῦτα τὰ μεγέθη* referendum puto ad praecedens *τὸ ἐλάχιστον τὸ ἐν τῇ αἰσθήσει*, quod collective, ut aiunt grammatici, intelligere licet, quasi *τὰ ἐλάχιστα* positum sit.

Veniamus ad reliqua: *καὶ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ, οὐδὲ μέρεσι μερῶν ἁπτόμενα.* quae Schwartz vertit: *neque tamen in eo partibus partes tangere.* Coniunxit igitur unam in sententiam verba, quae duas diversas continent: alioquin scriptum oportebat: *καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ μέρεσι μερῶν ἁπτόμενα.* Omisit ergo particulam *οὐδὲ* et articulum *τῷ*

ante αὐτῷ: quo facto tota sententia mutatur. Duo autem membra orationis ponuntur et distinguuntur haec in contemplatione τοῦ ἐλαχίστου e natura continui; prius: ἀπὸ τοῦ πρώτου καταρχόμενοι, καὶ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ: alterum: οὐδὲ μέρεσι μερῶν ἁπτόμενα, ἀλλὰ ἐν τῇ ἰδιότητι τῇ ἑαυτῶν καταμετροῦντα τὰ πλείω πλεῖον, καὶ τὰ ἐλάττω ἔλαττον. Voluit, nisi fallor, nos intelligere Epicurus, in contemplationem rei minimae sensu perceptibilis e natura continui, notionem etiam numeri necessario adhiberi et partium, qua primum aliquid et cum altero continuatum et connexum statuitur. Istud vero, quod adiuncti numeri, id est primi et secundi notione contemplamur mente, non per se solum neque in se ipso tantum contemplamur. Quae deinceps sequuntur, videntur significare naturam peculiarem minimi istius, quod sensu percipi possit, et discrimen, quo ab aliis sensilibus et a natura continui discrepat: οὐδὲ μέρεσι — ἔλαττον: itaque ad sententiam explanandam vocem *quanquam* in versione addendam existimavi. Verto autem: *Contemplamur autem has et eiusmodi magnitudines a primo aliquo incipientes, non in se ipso et solo* (contemplantes:) *quanquam ea partibus partes non attingant*, (atque invicem cohaereant,) *sed natura peculiari aliqua sua mensurae rationem corporibus praebeant, maioribus quidem maiorem, minoribus minorem.*

27. τῇ αὐτῇ κέχρηται. Vulgatum κεχρῆσθαι cum Gassendo correxi.

μικρόν τι μόνον μακρὸν ἐκβάλλοντες. Ambrosius vertit: *paululum solum excludendo longitudinem.* Is igitur μῆκος pro μακρὸν scriptum legisse videtur. Meibomius: *parvam solum quandam, excludendo longum.* Gassendo scribendum visum est: μικρόν τι ὡς μόνον μακρὸν ἐκβ. Nürnberger vertit: *parvam solum quandam longe proiicientes.* Vides, quantopere viri docti annitantur, ut verba nobis pro re venditent.

τῶν μηκῶν εἶναι. Ita Meibomius. τῶν μακρῶν τὸ καταμ. Froben. Eudocia, τῶν μηκῶν τὸ κατ. nobiscum Steph. μηκῶν etiam vertit Ambrosius.

τῇ διὰ λόγου θεωρίᾳ. Ita Casaubonus vulgatum antea διαλόγου praeeunte versione Ambrosii cum Sambuco correxit.

τὸ μέχρι τούτου συντελέσαι. Schwartz p. 28. haec ita vertit: *Porro cum mens contemplatur res in oculos non incur-*

rentes, minimos et mixtioni minime idoneos fines longitudinum oportet existimare primam ex sese mensuram praebere maioribus minoribusque rebus. Nam communitas, quae eis cum rebus immutationis expertibus intercedit, huc nos satis deducit. Graviter lapsus in multis verbis: veluti cum τὰ ἐλάχιστα interpretatur res in oculos non incurrentes, cum potius eadem sint, quae antea dixerat τὸ ἐλάχιστον τὸ ἐν τῇ αἰσθήσει; deinde vocabulum ἀμιγῆ male cum sequenti πέρατα coniunxit, cum pertineat ad τὰ ἐλάχιστα. Aut potius membrum primum orationis latinae de suo addidit Schwartz, et ἐλάχιστα καὶ ἀμιγῆ πέρατα pessime in unam sententiam constipavit. Verba sequentia τῇ διὰ — τῶν ἀοράτων aut omisit, aut perversa ratione ad primum orationis membrum transtulit. Denique ad verba τὸ μέχρι τούτου συντελέσαι haec annotavit: *Particulam τὸ velim delere liceat. Nihil enim opus est. Similiter infra sect.* 115. συμφιλίας γενομένης εἰς τὸ τοῦτο τελέσαι. *vel legendum* εἰς τὸ μ. τ. συντελέσαι. Coniectura plane vana et inutilis.

Συμφόρησιν — γίνεσθαι. Vulgatum γενέσθαι correxi. *Collationem* vertit Ambrosius, *iunctam lationem* ineptissime Meibomius. *Concursus autem ex his rebus, quum moveri coeperint, nullus potest fieri* Schwartz, rectius.

28. (60.) Καὶ μὴν κατὰ τοῦ — κάτω· ἴσμεν τοί τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς, ὅθεν ἂν θῶμεν. Ita Meibomius scripsit, consentiente Sambuco et Codice Paris. vetustiore; at recentior habet: εἰς μὲν ἂν στῶμεν εἰς ἄπειρον ἄγειν ὄν. Froben. Stephan. Eudocia καὶ μὴν καὶ τοῦ — κάτω μέντοι τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς. ὅθεν ἂν τὸ μέν. Tamen τὸ ὑπὲρ Steph. habet. Versio Ambrosii: *nam et infiniti, quod supremum aut infimum sit, praedicandum non est supra vel infra esse. Nam quod supra caput fit, undecunque stemus, ducere in infinitum, nunquam nobis istuc apparere.* Legit igitur scriptum: καὶ μὴν καὶ τοῦ ἀπείρου ὡς ἀνωτάτω ἢ κατωτάτω ὄντος οὐ δεῖ κατηγορεῖν τὸ ἄνω ἢ κάτω εἶναι. Τὸ γὰρ ὑπὲρ κεφαλῆς, ὅθεν ἂν στῶμεν, εἰς ἄπειρον — φαίνεσθαι τοῦτο ἡμῖν. Meibomius ita: *Enimvero sciendum, quod intelligitur supra caput esse, si in infinitum procedere ponamus, nunquam id nobis visum iri: nec quod sub eo quod intelligitur est, in infinitum simul supra erit et infra ad idem.* Nürnberger: *scimus autem, illud quod est supra caput, quum inde in infinitum moveri sumimus, nunquam*

nobis visum iri, sive id, quod sub cogitante est, in infinitum simul supra et infra erit ad idem. Schwartz p. 28. ita: *Et de infinito quidem quatenus aut in superiora aut inferiora protendi putatur, nihil oportet aut superius aut inferius cogitare. Novimus enim, nec infinitum id, quod supra caput nostrum ex quocunque termino, nec id quod infra caput semper ultra procedere fingimus, interminatum nobis videri, ita ut simul et supra sit et infra eodem respectu. Nam hoc nullo pacto potest plane intelligi.* In annotatione adiecta primum ἄγον ὂν, deinde malebat scribi τὸ νοηθὲν εἰς ἄπειρον, ἅμα ἄνω τε εἶναι καὶ κάτω πρὸς τὸ αὐτό. Τοῦτο γάρ. monens post ἄπειρον incidendum esse. Equidem suspicor, locum ita olim scriptum fuisse: *Καὶ μὴν κατὰ τοῦ ἀπείρου ὡς οὐ δεῖ κατηγορεῖν τὸ ἄνω ἢ κάτω, [ὡς τοῦ] μὲν ἀνωτάτω ἢ κατωτάτω [ὄντος,] ἴσμεν· τὸ γὰρ ὑπὲρ κεφαλῆς, ὅθεν ἂν θῶμεν, εἰς ἄπειρον ἀγόμενον, μηδέποτε φανεῖσθαι τοῦτο ἡμῖν, ἢ τὸ ὑποκάτω, οὐ νοηθέντος εἰς ἄπειρον ἅμα ἄνω τε εἶναι καὶ κάτω πρὸς τὸ αὐτὸ [τὴν φοράν].*

Ὥςτ' ἐστὶ λαβεῖν μίαν φοράν. Schwartz haec ita convertit: *Quocirca una modo eademque excursio* (seu extensio infiniti) *statuenda est, et eius, quae in superiora loca, et eius, quae in inferiora fit. Quamvis millies excursio aut eius infiniti, quod a nobis in locos capiti nostro impendentes ad pedes eorum, qui in reliquis mundis supra nos sunt, fiat, aut eius, quod a nobis ad capita eorum, qui in mundis infra nos sitis incolunt, procedat: tamen omnis illa progressio altera alteri in infinitum opposita intelligetur.* Idem addit annotationem hanc: *Refutat Epicurus praeclare illos, qui progressionem in infinitum concipi posse putent, alteram per superiora, alteram in inferiora. Recte quidem censet, neutram esse infinitam, propterea, quod utraque, dum ex certo quodam termino in ulteriora fieri putatur, illo ipso termino fines suos nimium declaret, atque idcirco haudquaquam nomen infiniti sustinere queat. Quocirca mundi Epicuri neque singuli neque universi sunt infiniti. Nam quia singuli sunt pars huius rerum universitatis, unaquaeque autem pars superius quiddam et inferius habet; universa mundorum compages infinita esse non potest. Ex finitis enim infinitum conflari non magis potest, quam ex decem pomis innumerabilia poma. Adde Lucretii I, 997.*

Postquam fundamenta interpretationis Schwartzianae convellimus, superest, ut de ἰσονομίᾳ Epicurea apud

Ciceronem videamus de n. d. I, 19. ad quam Schwartzius retulit etiam I. c. 39. Primum de verbis videamus, quibus inest difficultas: *cum infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis existat et ad deos affluat;* ubi P. Manucius et Lambinus scribi voluerunt *et ad nos affluat.* Davis. contra *a deis affluat* scribendum statuit, comparato capite 37. et 41. Primo igitur loco Epicuri sententia ita repetitur: *Speciem dei percipi cogitatione, non sensu: nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque esse eius visionem, ut similitudine et transitione cernatur, neque deficiat unquam ex infinitis corporibus similium accessio: ex eoque fieri, ut in haec intenta mens nostra beatam illam naturam et sempiternam putet.* Quibus equidem verbis nihil inesse video, quod nos cogat alterutri emendationi assentiri: nam hic ipse locus propter omissum vocabulum *imaginum* post illa duo *similitudine et transitione* multo etiam obscurior est quam prior. Sed ubi refutatur Epicuri opinio c. 38. haec sunt, quae apertius nos ducunt ad iudicium de scripturae veritate. *Omnem enim talem conformationem animi ceteri philosophi motum inanem vocant: vos autem adventum in animos et introitum imaginum dicitis. Ut igitur Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octavio deferentem sitellam, tum eum motum animi dico esse inanem: tu autem et Gracchi et Octavii imagines remanere, quae in Capitolium cum pervenerint, tum ad animum meum referantur. Hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi: ex quo esse beati atque aeterni intelligantur. Fac imagines esse, quibus pulsentur animi. Species duntaxat obiicitur quaedam: num etiam cur ea beata sit? cur aeterna? Quae autem istae imagines vestrae, aut unde? A Democrito omnino haec licentia. — Nam quid est, quod minus probari possit, quam omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numae, Pythagorae, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt? quomodo ergo illi? et quorum imagines?* Sequitur cap. 39. *Vos autem non modo oculis imagines sed etiam animis inculcatis. — Fluentium frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur. — Quomodo enim probas, continenter imagines ferri, aut, si continenter, quomodo aeternae? Innumerabilitas, inquit, suppeditat atomorum. Num eadem ergo ista* (innumerabilitas) *faciet,* (ita recte Walker vulgatum *facient* correxit) *ut sint omnia sempiterna?*

Confugis ad aequilibritatem: sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus: et ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere. Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: et quoniam nascuntur in terra, nascantur et in aqua. Et quia sunt, quae interimant, esse (vulgatum *sint* correxit Davis. e capite 19.) *quae conservent. Sint sane: sed ea, quae conservent, quae sunt? Deos istos esse non sentio.* Denique in capite 41. est locus hic, unde iudicium de scripturae cap. 19. veritate pendet: *Nec tamen video, quomodo non vereatur iste deus beatus, ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna, cumque ex ipso imagines semper affluant.*

Ex his igitur locis inter se comparatis non solum argumentorum Epicuri seriem et nexum manifesta fieri existimo, sed scripturam etiam primi loci capite 19. definiri. Scilicet in eo et in sequente desideratur unum alterumve argumentationis membrum, quod cogitatione Velleius vel Cicero supplendum censuit, quodque nos, quodnam et quale fuerit, e tota demum disputationis serie coniectura consequi possumus. In primo igitur loco nihil aliud argumentatio conficit, nisi ut ex infinita simillimarum imaginum specie et innumerabilibus individuis ad nos affluentium notio infinitatis eliciatur et confirmetur. Igitur scriptura *ad deos adfluat* plane est iuepta, et cum Manucio et Lambino scribendum *ad nos adfluat.* Quodsi cum Davisio scripseris *a deis adfluat,* tum vero series argumentationis pluribus verbis interpositis supplenda fuerit; quod quidem facere videntur suadere verba sequentia, ut intelligamus, quomodo ex infinita simillimarum imaginum specie ex innumerabilibus individuis vel *ad deos,* vel *ad nos,* vel *ex deis ad nos* affluentium colligi possit *beata natura et aeterna;* sed vetat sequens argumentatio per ἰσονομίαν, quae Epicuro suppeditavit notionem naturae et immortalis et quae conservet omnia. Argumentatio vero ista ita procedit: *Si mortalium tanta multitudo sit: esse immortalium non minorem;* vel: *quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere.* Deinde: *Si quae interimant, innumerabilia sint, etiam ea, quae conservent, infinita esse debere;* vel ita: *quia sunt, quae interimant, esse etiam, quae conservent.* Hinc igitur eliciebat Epicurus naturam dei vel deorum

immortalem vel aeternam et conservatricem omnium eorum, quae mortalia mundus continet. De numero deorum nihil hinc definiri potuit. Ἰσονομίαν Epicurus dixit genus argumentationis, quo plures olim usi sunt philosophi, statuentes, omni generi aliud esse contrarium genus, veluti Stoici apud Plutarchum et Chrysippus apud A. Gellium 6, 1. Eiusdem formae argumentum Stoicum confutat Cicero Fin. 4, 24. Plura exempla dabit Wyttenbach in Disputatione de Placito immortalit. animae Sect. V. p. XXXVII. praeposita Platonis Phaedoni ab ipso edito, ubi Epicuri ἰσονομίαν etiam attigit. Atque hinc fit manifestus error Schwartzii in interpretanda ἰσονομίᾳ Epicuri, quam melius quam Cicero intelligere sibi visus erat! Supererat, ut Epicurus, post demonstratam suo modo dei vel deorum naturam aeternam et rerum omnium conservatricem, doceret, unde homini notio de diis nata esset. Factum hoc existimavit similitudine et transitione imaginum a diis in animos hominum continenter affluentium. Qua quidem in argumentatione mihi quidem non satis liquet, quomodo in notione infinitatis necessario insit *ea natura, ut omnia omnibus paribus paria respondeant, id est* ἰσονομία, ut ait Cicero c. 19.

παρ' ἡμῶν φερόμενον ἐπί. Praepositionem ἐπὶ addidit Meibomius. Deinceps alterum ἑκατέρᾳ idem inseruit.

29. κενοῦ εἰσφέρωνται. Miror, quidni simplex φέρωνται posuerit. Deinceps ὅταν γε δεῖ — ἀπαντᾷν Frob. Steph. Eudocia. Verum reddidit Ambrosius.

διὰ τῶν κρούσεων — διὰ τῶν ἰδίων. Posterius διὰ omisit Frob. et Eudocia. συγκρούσεων vertit Ambrosius.

ἑκάτερα ἑκατέρων — σχήσειν, ἕως ἂν μηδέν. Froben. Stephan. Eudocia omisit ἑκάτερα, deinde ἂν μηδέν. Versio Ambrosii habet *utraque continent — habebit motum, quoad aut extrinsecus aut ex pondere proprio reluctetur adversus ferientis vim.* Igitur scriptum legit σχήσει, ἕως ἀντικόψῃ et cet. Inde recepi σχήσει. Meibomius vertit: *in quantum enim alteram altera retinet.* Sententiam vitiavit et obscuravit, qui primus inseruit ἑκάτερα, cum vulgatum ἑκατέρων deberet in ἑκατέραν, nempe φορὰν, mutare.

30. Ἀλλὰ μηδὲ κατά. Versio Ambrosii: *Sed enim et per concretiones.* Scilicet scriptum legit ἀλλὰ μὴν καί, ut Codices duo Paris. et Florentinus. ἀλλὰ μὲν καὶ Palatinus.

θᾶττον — οἰσθήσεται — ἰσοταχῶν. Meibomius vulgatum *ῥηθήσεται* correxit, vitiosum *θάττων* reliquit.

κατὰ τὸν ἐλάχιστον. Froben. et Eudocia *καιὰ ἐλαχίστων*, Steph. *κατὰ τῶν ἐλαχίστων.*

εἰ δὲ μὴ — ἐὰν πυκνόν. Froben. Stephan. versio Ambrosii, Eudocia habent *εἰ | μὴ — ἀλλὰ πυκνόν.* Versio Meibomii: *si vero non ad unum locum ferantur, sed et frequenter repellantur, secundum tempora ratione consideranda ferentur, donec.* Voluit igitur verbis transpositis scribi: *εἰ δὲ μὴ ἐφ᾽ ἕνα τόπον φέρονται, ἀλλὰ πυκνὸν ἀντικόπτουσι, κατὰ τοὺς λόγῳ θεωρητοὺς χρόνους, ἕως ἄν.* quam rationem probo.

31. *περὶ τῆς ψυχῆς.* Haec verba omisit Froben. Steph. versio Ambrosii et Eudocia.

πνεύματι, θερμοῦ. Frob. Eudocia, Codex Arundel. *σπέρματι*, verum e versione Ambrosii dedit Steph. cum Sambuci Codice.

πῇ δὲ ἐκείνῳ. Frob. Steph. Eudocia *τούτῳ.* Verum habet versio Ambrosii.

Ἔστι δὲ τὸ μέρος. Contra librorum omnium et suae ipsius versionis fidem dedit Meibomius *ἔστι δὲ κατὰ μέρος*, nullo sensu. Rossi interpretationem ponam ad sect. 35.

τούτῳ μᾶλλον. Consentit autem huic magis ex reliquo coetui versio Ambrosii: contra Meibomius posuit *magis etiam reliqua congregatione,* multo ineptius. Nürnberger: *consentit autem et quod ad hanc attinet, magis cum reliqua congregatione.* Haud scio, an *τούτῳ* sit pro *διὰ τοῦτο.*

δηλοῦσι. Ante Gassendum et Meibomium erat *δῆλον*, etiam in versione Ambrosii.

32. *παρασκευάσαν ἐκείνη τὴν αἰτίαν.* Pronomen *ἐκείνη* omittunt Froben. Eudocia, Codex Arundel. et poterat abesse, ut in versione Ambrosii. Codex Sambuci dat *παρασκευάσαι ἐκείνην τὴν αἰτίαν.*

συγγεγενημένῳ αὐτὴν ἡ φύσις παρεσκεύαζεν, ὃ διά. Ita scripserat Meibomius, cum Edd. veteres habeant *αὐτῷ παρεσκεύαζε διὰ τῆς,* praeter Steph. quae recte *ὃ διὰ* dedit, non consentiente versione Ambrosii: sed *ὃ* iam antea inseri iusserat Sambucus.

περὶ αὐτὸ δυνάμεως. Ita recte Eudocia pro *αὐτῷ* cum libris Venetis habet. Deinde *δύνησιν* Froben. Steph.

Eudoc. *δίνησιν* versio Ambrosii et Codex Arundel. *κίνησιν* cum Codice Sambuci et Paris. recentiore Meibomius.

ὁμούρησιν habent Edd. Frob. Steph. Eudocia. *ὁμούρυσιν* dedit Meibomius, et *communem fluxum* habet versio Ambrosii, quo nihil magis alienum cogitari poterat.

33. *ἐνυπαρχούσης τῆς ψυχῆς, οὐδέποτε — παναισθησία.* Hanc Meibomii miram coniecturam expressit Wetsteiniana, et versio reddidit ita: *et quando inest anima, nunquam alia aliqua parte remota, omnium sensuum vigor adest; sed et haec una perierit, soluto eo — ubi sensus vigor perstiterit.* Scilicet idem in sequentibus scripsit *οὗ ἄν περ διαμένῃ τὸ ὀξὺ κατὰ τὴν αἴσθησιν.* Nürnberger vertit: *dum inest anima — ubique sensuum vigor invenitur. Sed licet et haec — pereat, tamen eius acies, quod ad sensum attinet, remanet, reliqua autem congregatio* et cet. Antiquam scripturam *ἐνυπάρχουσα ἡ ψυχὴ* primus immutavit Gassendus, *παναισθησία* de suo dedit Meibomius, qui *εὐαισθησία* etiam scribi potuisse censebat. Vulgatum *ἀναισθησία* Kühn mutabat in *ἀναισθητήσει*, cetera ita scribebat: *κἂν περιὸν διαμένῃ ὀξὺ τὴν αἴσθησιν.* quae vertit: *quod reliquum est animae, manserit sensu accito praeditum.* Videamus nunc Edd. veterum scripturam: *ἀλλὰ ἂν καὶ ταύτῃ — τινὸς; ἐάν περ διαμένῃ τὸ ὀξὺ τὴν αἴσθησιν.* Ambrosius vertit: *nunquam alia aliqua parte discedente privata sensuum fieret, sed cum illa una pariter periret, soluto eo — parte aliqua, si quidem sensus animae in vigore persisteret. Porro conventus* et cet.

τὸ δὲ λοιπὸν — οὐκ ἔχει τὴν αἴσθησιν. Haec omisit Frob. et Eudocia, e versione Ambrosii supplevit Steph. Deinceps nescio cur Meibomius *ἐκείνης ἀπηλλαγμένης* dederit, mutata scriptura antiqua *ἐκείνου —μένου*, ineptissime vertens: *quandoquidem contendit atomorum multitudo quaedam in animae naturam.* Alia ratione non minus inepta vertit Nürnberger: *quantacunque tandem fit contentio atomorum multitudinis ad animae naturam.*

34. *αὐτὴν αἰσθανομένην — χρωμένην.* Recte Meibomius vulgatum antea *αὐτὸ αἰσθανόμενον — χρώμενον* correxit. Aldrobandini Editio *καὶ ταῖς κινήσεσι* dedit. Deinceps *ὅταν στεγάζοντα* Froben. Eudocia. *τὰ* addidit Stephan.

τοιαῦτα ἢ οἷα ἐν οἷς. Temere ita e Meibomii coniectura dedit Wetstein, quamvis ipse Meibomius admonuisset, οἷα etiam abesse posse.

35. λέγει ἐν ἄλλοις. Sola Eudocia εἴρηται habet. Deinceps οὐ πολλῷ τινὶ scriptum malebat Menagius, quoniam ex opinione Democriti apud Aristotelem de anima I, 2. τὰ σφαιροειδῆ σχήματα τῶν ἀτόμων πῦρ καὶ ψυχὴ ἐστίν. Ceterum Nürnberger hanc totam sectionem et sequentem usque ad verba Ταῦτα οὖν πάντα τὰ διαλογίσματα, ut a Diogene inserta, omisit.

ἄλογον αὐτῆς ὃ — παρεσαθρεῖ σώματι· τὸ δὲ λογικὸν ἐν τῷ σώματι. Ita Froben. Steph. Eudocia, versio Ambrosii, e qua tamen Steph. θώρακι dedit, praeeunte Sambuco. Meibomius correxit αὐτῆς ἄλογον εἶναι, ὃ τῷ — παρεσπάρη — λογικὸν, ὃ ἐν τῷ θώρακι. vertens tamen: *rationalem autem partem in pectore sedem habere.* Equidem παρεσπάρθαι dedi latens in vitioso παρεσαθρεῖ. Sambucus παρεσάρθρει coniecit, quod esse in Codicibus Regiis testatur Menagius, idque unice probavit Rossi, qui, deleto ὃ articulo, locum vertit: *et partem quidem ratione destitutam reliquo corpore distribuit.* At verbum id nuspiam extat alibi, et si verum esset, dativus τῷ λοιπῷ σώματι adiungi non poterat. Sequens ὃ mutavi in ἐν. Dativus enim a verbo παρεσπάρθαι non pendet, nisi addita praepositone. Postea male illatum ὃ ante ἐν θώρακι relegavi. Codices Paris. habent παρεσαρθρεῖ. Forte voluit παρεναρθρεῖ. Plutarchus Placitorum 4, 4. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος διμερῆ τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένον, τὸ δὲ ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον. Idem cap. 3. haec habet: Ἐπίκουρος κρᾶμα ἐκ τεττάρων, ἐκ ποιοῦ πυρώδους, ἐκ ποιοῦ ἀερώδους, ἐκ ποιοῦ πνευματικοῦ, ἐκ τετάρτου τινὸς ἀκατονομάστου, ὃ ἦν αὐτῷ αἰσθητικόν. Quae deinceps adiecit Editio Stephani, ea integriora leguntur in Stobaei Eclogis Physicis p. 798. ὧν τὸ μὲν πνεῦμα κίνησιν, τὸν δ' ἀέρα ἠρεμίαν, τὸ δὲ θερμὸν τὴν φαινομένην θερμότητα τοῦ σώματος, τὸ δ' ἀκατονόμαστον τὴν ἐν ἡμῖν ἐμποιεῖν αἴσθησιν· ἐν οὐδενὶ γὰρ τῶν ὀνομαζομένων στοιχείων εἶναι αἴσθησιν. Eadem tradit Lucretius 3, 137 seqq. et 204 seqq. et Plutarchus contra Colotem p. 172. Hutten. Rossi

p. 302. verba sect. 31. Ἔστι δὲ τὸ μέρος — τούτων interpretatur ita: *Intelligit eam partem animae diversam ἀπὸ τοῦ πνεύματος καὶ θερμοῦ, multoque iis subtilitate ac tenuitate praestantiorem, qua cognoscimus ac sentimus, quam nominis expertem esse aiebat Epicurus; de quo Plutarchus de Placitis* 4, 3. — *Verum quid est, quod Epicurus animam triplicem facit, quippe quae ἐκ πνεύματος καὶ θερμοῦ καὶ μέρους πολλὴν παραλλαγὴν εἰληφότος τῇ λεπτομερείᾳ καὶ αὐτῶν τούτων ipsius verbis componatur, cum apud Plutarchum, Stobaeum ac Lucretium dicatur quatuor e partibus constare? Nempe Lucretius τὸ ἀερῶδες, quod hic ab Epicuro praetermittitur, τῷ θερμῷ comprehendi significat: quo sane modo hic nodus expediendus est. Sic enim is* 3, 232 *seqq.* Tum recitat versus, e quibus nihil confici potest, quod ad verba loci nostri faciat. Erravit enim Italus, cum e verbis Ἔστι τὸ μέρος tertiam aliquam partem efficere conaretur. Debebat enim esse Ἔστι δὲ καί τι μέρος, i. e. *est etiam alia pars.* Sed verba τῇ λεπτομερείᾳ αὐτῶν τούτων manifeste referuntur ad πνεῦμα θερμοῦ τινα κρᾶσιν ἔχον. Est igitur τὸ μέρος non tertia aliqua pars diversa a spiritu cum calore permisto, sed potius ipsa anima, quae et corporis pars, et σῶμα dicitur, quia est corporeae naturae ex opinione Epicuri. Dicendum igitur potius, Epicurum sibi non constitisse in opinione de natura animae, sed variasse sententiam in libris diversis perscriptam. Cuius diversitatis exempla plura praebet haec cum sequente Epistola. Quid? quod ipse Diogenes sect. 35. addit, alibi pronunciasse Epicurum, animam constare ἐξ ἀτόμων λειοτάτων καὶ στρογγυλοτάτων, πολλῷ τινι διαφερουσῶν τῶν τοῦ πυρός.

ὕπνον τε γίνεσθαι πονουμένων — σὺν τοῖς ἐσπαρμένοις. Ita Meibomius dedit, vertens *cum laborantibus animae partibus, quae per omnem concretionem disseminatae sunt, aut continentur aut vagantur, deinde cum dispersis concidunt.* Contra Froben. Steph. Eudocia, versio Ambrosii γίνεσθαι (γενέσθαι Eudocia) τῶν — παρεσπαρμένων ἐγκατεχομένων ἢ — συμπιπτόντων σὺν τοῖς ἐσπαρμένοις. Steph. tamen τῶν τοῖς ἐσπαρμένοις habet. Versio Ambrosii *aut evacuantur, deinde poris incidunt.* Igitur ἐμπιπτόντων τοῖς πόροις scriptum legisse videtur. Lucretius 4, 917. *principio somnus fit, ubi et distracta per artus vis animae, partimque foras eiecta recessit, et partim contrusa*

magis concessit in altum. Qui locus non solum Meibomii emendationem falsam convincit, sed Ambrosii etiam scripturam probabilem reddit. Certe vulgata in verbis *συμπιπτόντων τοῖς ἐσπαρμένοις* vitiosa est. Idem Lucretius 4, 960. de somno post cibum altiore: *Fit ratione eadem coniectus porro animai arctior, atque foras eiectus largior eius, et divisior inter se ac distractior intus.*

τό τε σπέρμα — φέρεσθαι· ὅ γε δεῖ προσκατανοεῖν ὅτι οὐκ ἀσώματον· λέγει γὰρ κατὰ — ὀνόματος, καὶ μὴ ἐπὶ τοῦ — νοηθέντος πρῶτον. Ita Meibomius scripsit. Froben. Eudocia: *φέρεσθαι γε δεῖ προσκατανοεῖν. λέγει γὰρ κατά.* Stephan. praeeunte Sambuco addidit verba *ὅτι τὸ ἀσώματον. Semen praeterea ex omnibus corporis partibus ferri intelligendum est. Dicit enim per* — versio Ambrosii. Plutarchus Placit. 5, 3. de semine: *Ἐπίκουρος ψυχῆς καὶ σώματος ἀπόσπασμα. Δημόκριτος ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν ὁ γόνος, ὡς τῶν σαρκικῶν ἰνῶν.* Lucretius 4, 1039. *per membra atque artus decedit corpore toto.*

Mihi de loco hoc omnium vitiosissimo ita videtur. Ad verba usque *φέρεσθαι* inde a sectione 37. *Ἀλλὰ μὴν* verba leguntur Diogenis aliunde Epicuri epistolae inserentis Philosophi doctrinam de elementis et partibus animae, item de semine. Deinceps autem sunt verba Epicuri pergentis de anima et de natura incorporea docere. Igitur seclusi etiam haec postrema verba *σωμάτων φέρεσθαι.* Postea excidit initium novae orationis: *Καὶ μὴν καὶ τόδε γε δεῖ προσκατανοεῖν, ὅτι τὸ ἀσώματον λέγω κατὰ τὴν πλείστην ὁμιλίαν.* Casaubonus Galesii coniecturam apposuit: *Δεῖ δὲ προσκατανοεῖν, ὅτι ἀσώματον λέγει κατὰ τὴν — ὀνόματος νοηθέντος ἂν· καθ' ἑαυτὸ δέ.* Opinionem meam magnopere confirmat scriptura a sola Eudocia servata *λέγω δὲ* pro vulgari *λέγει γάρ.* Perversam Meibomii versionem nemo intelliget.

36. *πλὴν ἐπὶ τοῦ κενοῦ.* Meibomius *ἐπὶ* interseruit.

διαλαμβάνομεν. Froben. Stephan. Eudocia *διαλαμβάνει.* Versio Ambrosii: *At nunc evidenter haec utraque in anima esse casus manifestant.* Legit igitur *δηλοῖ* vel *δηλοῦσι* scriptum.

διαλογίσματα περὶ ψυχῆς. Verba duo postrema e versione Ambrosii addidit Steph. quae omisit etiam Eudocia cum Codice Arund. Deinceps εἴ τις ἀνάγων — μνημονεύοι scriptum legit et vertit Ambrosius: recte!

τύποις — τὸ τὰ κατὰ μέρος. Froben. versio Ambrosii, Eudocia habent τύποις; deinceps τὰ inseruit Meibomius.

37. καὶ ὅσα ἄλλα κατηγορεῖται κατὰ τοῦ σώματος, — ὡς ἂν εἰς αὐτὸ βεβηκότα. Frob. Steph. Eudocia ἢ καὶ ὅσα ἄλλα κατηγορεῖται τοῦ σώματος, ὡς ἂν εἰς αὐτὸ βεβηκότα. Versio deinceps Ambrosii: *ut quae per se ipsa tendant sive ad omnia sive ad visibilia et ea quae per sensum cognita.* Galesius apud Casaubonum coniecit ὡσανεὶ συμβεβηκότα, quam rationem unice probandam censui.

ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς ὁρατοῖς — αὐτὴν γνωστοῖς. Meibomius dederat καὶ πᾶσιν ἐνόντα ἢ τοῖς ὁρατοῖς. Froben. Steph. Eudocia ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς ὁρατοῖς — αὐτοῖς γνωστοῖς. Versio Ambr. αὐτοῖς omisit. Veneti libri dicuntur habere πᾶσιν ἐνόντα καὶ τοῖς.

ἕτερά τινα — τούτῳ ἀσώματα — μόρια τούτου. Froben. Steph. Eudocia, versio Ambrosii ὡς οὔθ' ἕτερα τὰ — μόρια τούτοις, nisi quod Steph. μόρια τούτου cum versione Ambrosii.

καθόλου μὲν ἐκ τούτων. Praepositionem inseruit Meibomius, sed male scriptum καθ' ὅλου reliquit.

οὐχ οἷόν τ' εἶναι συμπεφορημένον. Versio Ambrosii: *possibile non est esse, si simul feratur.* Meibomius: *nec absque illis simul ferri possit.* Recte solus Nürnberger: *non autem ita, ut ex ipsis compositum sit.* Verum ita scribendum fuit οὐχ οἷον δὲ εἶναι σ. quod feci.

μεγεθῶν, τοῦ δέ τινος ἐλαττόνων. Haec nec per se nec in versione Ambrosii et Meibomii possunt intelligi. Nürnberger fecit: *seu primis seu iam totum constituentibus, ex pauciorbus autem minor.* Quae ipse sane intellexerit. Equidem suspicor haec fere scripta fuisse: ὅλου μερῶν, τοῦ μὲν μείζονος, τοῦ δὲ ἐλάττονος.

ἀλλὰ μόνον οἷς λέγω. Versio Ambrosii ἀλλ' ὡς ἔλεγον reddidit, quam scripturam probo. ἔλαττον ὂν est in Aldroband. Edit.

ἐστὶ νοεῖν καὶ διαλείψεις. Ita Meibomius scripsit, ineptissime, et tota sententia plane pessumdata. Antiquam scripturam restitui.

38. ἀΐδιόν τι — κατὰ τὴν πλείστην — φανερόν. Frob. Steph. Eudoc. omittunt τι et τήν. Eaedem φανερὰ habent. Stephan. τὴν addidit. Ambrosius vertit: *sequatur et quod sempiternum non est, neque in invisibilibus neque in corporeis.* Legit igitur scriptum: καὶ τὸ οὐκ ἀΐδιον παρακολουθεῖν οὔτ' ἐν τοῖς ἀοράτοις οὔτε ἐν τοῖς ἀσωμάτοις. Kühn coniecit: οὔτε κατ' ἀσώματα. Sed interpretationem non adiecit. Suspicor scribendum: οὔτε ἐν τοῖς ἀοράτοις οὔτε ἐν τοῖς ἀσωμάτοις ὄν.

ἔχειν, ἣν συλλαβόντες — τῶν ἀΐδιον. Ita Meibomius scripsit. ἔχει, ὃ συλλ. — τῶν ἀϊδίων Frob. Steph. Eudoc. nisi quod ἔχειν habet Steph. Deinde οὐκ ἀϊδίων τῶν σ. παρ. eaedem Edd. habent.

39. τὴν ἐνάργειαν. Versio Ambrosii ἐνεργείαν reddidit *actionem.* Deinceps ᾧ συμβαίνει ante Meibomium erat, qui ᾧ τι dedit. Equidem cum Kühnio ὃ scripsi. Supra dixerat sect. 38. τὰ συμπτώματα οὔτε τὴν τοῦ ὅλου φύσιν ἔχειν — οὔτε τὴν τῶν ἀϊδίων παρακολουθούντων. Sequens membrum ὃ δὴ καὶ σῶμα π. refertur ad verba τοῦ ὅλου. Meibomius sequens ὑφεστάναι addidit, sed male ὑφιστάναι editum est. τὴν τῶν ἀϊδίων Edd. ante Meibomium, qui ἀΐδιον scripsit.

σώματα νομιστέον καὶ οὐκ ἀΐδιον παρακολουθοῦντα. Ambrosius scriptum vertit εἰ καὶ οὐκ ἀΐδιον π. Equidem non dubito scriptum fuisse πάντα ἀσώματα νομιστέον, καὶ τὰ οὐκ ἀΐδια παρακολουθοῦντα.

40. τό γε δεῖ. Edd. antiquae τό γε δή. Nobiscum Gassendus. τόδε γε δεῖ Meibomius dedit. Deinceps ἐνάργημα Edd. ante Meibomium.

κατ' αὐτοῦ κατηγορητέον. Ita scripsi pro καθ' ἑαυτοῦ. *de ipso* versio Meibomii: *per se ipsum* Ambrosii, qui καθ' ἑαυτὸ scriptum legisse videtur. Deinceps vero negatione addita scribendum suspicor ὡς οὐ τὴν αὐτήν. Postea vulgatum ὡς συμπλέκομεν τὸ ἴδιον τούτῳ cum Sambuco correxi. Ambrosius etiam vertit: *sed solum quo proprietatem connectimus, hoc etiam submetimur animadvertendum.* Meibomius dedit: *sed quomodo quod proprium huic connectimus et metimur, animadvertendum.*

41. συμπλέκομεν χρόνον. Posterius vocabulum addidit Meibomius. Sequens ἀπαθείαις in ἀληθείαις mutavit Eudocia. Postea καθὸ χρόνον vulgo scribitur. Notionem temporis e doctrina Epicuri Sextus 10, 219. p. 670. accuratius ita enarravit: Ἐπίκουρος δὲ, ὡς αὐτὸν Δημήτριος ὁ Λάκων ἐξηγεῖται, τὸν χρόνον σύμπτωμα συμπτωμάτων εἶναι λέγει, παρεπόμενον ἡμέραις τε καὶ νυξὶ καὶ ὥραις καὶ πάθεσι καὶ ἀπαθείαις καὶ κινήσεσι καὶ μοναῖς. Πάντα γὰρ ταῦτα συμπτώματά ἐστί τισι συμβεβηκότα. Καὶ ὁ χρόνος πᾶσι τούτοις συμπαρεπόμενος εἰκότως ἂν λεχθείη σύμπτωμα συμπτωμάτων. Καθόλου γὰρ, ἵνα μικρὸν ἀνωθεν προλαμβάνωμεν εἰς τὴν τοῦ λεγομένου παρακολούθησιν, τῶν ὄντων τὰ μέν τινα καθ' ἑαυτὰ ὑφέστηκε, τὰ δὲ περὶ τοῖς καθ' ἑαυτὰ ὑφεστῶσι θεωρεῖται. Καὶ καθ' ἑαυτὰ μὲν ὑφέστηκε πράγματα, οἷον αἱ οὐσίαι, ὡς τὸ σῶμα καὶ κενόν. Περὶ δὲ τοῖς καθ' ἑαυτὰ ὑφεστῶσι θεωρεῖται τὰ καλούμενα παρ' αὐτοῖς συμβεβηκότα. Τούτων δὲ τῶν συμβεβηκότων τὰ μέν ἐστιν ἀχώριστα τῶν οἷς συμβέβηκε, τὰ δὲ χωρίζεσθαι τούτων πέφυκεν. Ἀχώριστα μὲν οὖν ἐστι τῶν οἷς συμβέβηκεν, ὥςπερ ἡ ἀντιτυπία μὲν τοῦ σώματος, ἕξις δὲ κενοῦ. — οὐκ ἀχώριστα δέ ἐστι τῶν οἷς συμβέβηκε, καθάπερ ἡ κίνησις καὶ ἡ μονή. Τὰ γὰρ συγκριτικὰ τῶν σωμάτων οὔτε κινεῖται διὰ παντὸς ἀνηρεμήτως, οὔτ' ἀκινητίζει διὰ παντὸς, ἀλλὰ ποτὲ μὲν συμβεβηκυῖαν ἔχει τὴν κίνησιν, ποτὲ δὲ τὴν μονήν· καίπερ τῆς ἀτόμου, ὅτε καθ' ἑαυτήν ἐστιν, ἀεικινήτου καθεστώσης· ἡ γὰρ κενῷ πελάζει — συμπτώματα οὖν ταῦτ' ἔστιν, οἷς χρόνος παρέπεται, φημὶ δὲ τήν τε ἡμέραν καὶ νύκτα καὶ ὥραν καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς ἀπαθείας, κινήσεις τε καὶ μονάς. Ἡ τε γὰρ ἡμέρα καὶ νὺξ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ἐστὶ συμπτώματα· ὧν ἡ μὲν ἡμέρα κατὰ τὸν ἐξ ἡλίου φωτισμὸν συμβαίνει, ἡ δὲ νὺξ κατὰ φωτισμοῦ στέρησιν τοῦ ἐξ ἡλίου ἐπιγίνεται. Ἡ δὲ ὥρα, ἤτοι τῆς ἡμέρας ἢ τῆς νυκτὸς μέρος καθεστηκυῖα, πάλιν σύμπτωμα γίνεται τοῦ ἀέρος, ὥςπερ καὶ ἡ ἡμέρα καὶ ἡ νύξ. Ἀντιπαρεκτείνεται δὲ πάσῃ ἡμέρᾳ καὶ πάσῃ νυκτὶ καὶ ὥρᾳ ὁ χρόνος· παρ' ἣν αἰτίαν μακρά τις ἢ βραχεῖα λέγεται ἡμέρα καὶ νὺξ, φερομένων ἡμῶν ἐπὶ τὸν ταύτῃ συμβεβηκότα χρόνον. Τά τε πάθη καὶ αἱ ἀπάθειαι, ἤτοι ἀλγηδόνες ἢ ἡδοναὶ ἐτύγχανον· διὰ δὲ τοῦτο οὐκ οὐσίαι τινὲς καθεστήκεισαν, ἀλλὰ συμπτώματα τῶν πασχόντων ἤτοι ἡστικῶς ἢ ἀλγεινῶς· καὶ συμπτώματα οὐκ ἄχρονα. Πρὸς τούτοις καὶ ἡ κίνησις, ἔτι δὲ ἡ μονὴ, ὡς ἤδη παρε-

στήσαμεν, τῶν σωμάτων ἐστὶ συμπτώματα, καὶ οὐ χωρὶς χρόνου. Τὴν γοῦν ὀξύτητα καὶ βραδύτητα τῆς κινήσεως, ἔτι δὲ τὴν πλείονα καὶ ἐλάττονα μονὴν χρόνῳ καταμετροῦμεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐκ τούτων φανερὸν, ὅτι ὁ Ἐπίκουρος ἀσώματον οἴεται τὸν χρόνον ὑπάρχειν, οὐ παραπλησίως δὲ τοῖς Στωϊκοῖς· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀσώματόν τι καθ' αὑτὸ νοούμενον ὑπεστήσαντο τὸν χρόνον, Ἐπίκουρος δὲ συμβεβηκός τισιν. Lucretius I, 460. *Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis consequitur sensus, transactum quid sit in aevo, tum quae res instet, quid porro deinde sequatur: nec per se quemquam tempus sentire fatendum est, semotum a rerum motu placidaque quiete. — Perspicere ut possis, res gestas funditus omnes non ita, uti corpus, per se constare neque esse, nec ratione cluere eadem, qua constat inane; sed magis ut merito possis eventa vocare corporis atque loci, res in quo quaeque gerantur.*

Φησὶ δὲ τοῦτο καί. Hoc ordine scripsi ducibus libris Paris. ubi erat φ. δὲ καὶ ἐν τῇ β. τοῦτο περὶ φ. Ceterum haec verba cum sectione 42. et 43. tanquam Diogenis supplementum omisit Nürnberger.

42. *δεῖ καὶ πᾶσαν.* Temere Meibomius scripsit *δεῖν κατὰ πᾶσαν*, sententia pessumdata. Paulo antea *τοῦ κόσμου* Codex Sambuci habet. Postea *ὑπὸ τῶνδε τοῦτο πάσχοντα* Froben. Eudocia. Sambucus coniecit *ὑπὸ τῶν τοιῶνδε τοῦτο π.*

Δῆλον οὖν. Frob. Eudoc. *ἄδηλον* habent; deinceps Edd. omnes dabant *φθαρτοὺς φησι τοὺς κόσμους — τῶν μερῶν· καὶ ἐν ἄλλοις τὴν γῆν — ἐποχεῖσθαι.* Scripturam nostram debemus Eudociae, quae tamen vitiosum *ἡμερῶν* pro *μερῶν* commune habet cum Frob. *δῆλόν* et *μερῶν* scribi iusserat Samb. Ceterum vereor, ut haec sint integra: tamen quemadmodum postremum hoc membrum, *καὶ ἡ γῆ — ἐποχεῖται*, cum reliquis connexum haereat, docere posse mihi videor e loco Diogenis 9, 31. ubi Leucippi, quem Epicurus sequitur, doctrina exponitur: *Καὶ στοιχεῖά φησι, κόσμους τε ἐκ τούτων ἀπείρους εἶναι καὶ διαλύεσθαι εἰς ταῦτα. Γίγεσθαι δὲ τοὺς κόσμους οὕτω· φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα, παντοῖα τοῖς σχήμασι, εἰς μέγα κενόν· ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ*

ὅμοια· ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων πως περιφέρεσθαι, τὰ μὲν λοιπὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενὸν, ὥςπερ διαττόμενα, τὰ δὲ λοιπὰ συμμένειν καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἄλληλα, καὶ ποιεῖν τε πρῶτον σύστημα σφαιροειδές. Τοῦτο δὲ οἷον ὑμένα ἀφίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα· ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν περιδινουμένων, λεπτὸν γίνεσθαι τὸν περιξ ὑμένα, συρρεόντων ἀεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης· καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸ μέσον. Αὐτόν τε πάλιν τὸν περιέχοντα οἷον ὑμένα αὔξεσθαι κατὰ τὴν ἐπέκρυσιν (ἐπίκρισιν?) τῶν ἔξωθεν σωμάτων, δίνη τε φερόμενον αὐτὸν, ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα ἐπικτᾶσθαι. Τούτων δέ τινα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύστημα, τὸ μὲν πρῶτον κάθυγρον καὶ πηλῶδες, ξηρανθέντα δὲ καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ, εἶτ' ἐκπυρωθέντα τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσαι φύσιν. Εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐξώτατον, τὸν δὲ τῆς σελήνης προσγειότατον. Videtur igitur Epicurus συστροφὰς dicere, quas Leucippus δίνας. Vortex ille τοῦ ὅλου continuus in causa fuit, ut terra in medium subsideret, ibique aëre circum undique δινουμένῳ vehi, ἐποχεῖσθαι, videretur. Ceterum verbum διαττόμενα mutandum est in διαττώμενα, *cribro discreta.* Idem vitium scripturae in Platonis Cratylo correxit Ruhnken. ad Timaei Gloss. p. 80. Ambrosius vertit *dissultantia.*

43. δεῖ νομίζειν. Male Meibomius δεῖν dedit. Reliquam loci emendationem debes Eudociae. Vulgo enim est: ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ διαφόρους αὐτοὺς, ἐν τῇ β περὶ τούτου φησὶν, οὓς μὲν γὰρ σφαιροειδεῖς [εἶναι addidit Meibomius] καὶ ᾠοειδεῖς ἄλλους καὶ ἀλλοιοσχήμονας ἑτέρους. In nostra tamen scriptura εἶναι deesse videtur adhuc.

ἀποκριθέντα. Schwartz in Diss. p. 27. §. XI. haec ita vertit: *neque animalia ab infinito segregata esse. Neque enim quisquam ostenderit, qua ratione talis mundus conceperit talia semina, ex quibus animalia et plantae et reliquae res in oculos incurrentes constiterint, in tali autem infinito non potuerint inesse, neque magis in eo nutriri.* Addit haec: *ἀποκρίνειν est h. l. ab efficientia et subsidio infiniti seiungere et distrahere.*

ἐν τῷ τοιούτῳ κόσμῳ. Froben. Steph. Eudocia μὲν τῷ τοιούτῳ καὶ οὐκ ἄν. Versio Ambrosii reddidit scri-

ptum τῷ τοιούτῳ οὐκ ἂν ἐμπεριελήφθη. Deinceps τὰ addidi ante θεωρούμενα.

συνίσταται. Ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ οὐκ ἂν ἐδυνήθη· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐντραφῆναι. Τὸν αὐτὸν δέ. Meibomius vertit: *in alio vero id fieri non potuisset. Et eadem ratione quomodo innutriri potuerint? Eodem autem modo de terra existimandum.* Equidem scribendum censeo: ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ οὐκ ἂν ἐδυνήθη καὶ ἐντραφῆναι. Ὡσαύτως δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῆς γῆς νομιστέον. Eamque emendationem non dubitavi in textu ponere.

44. τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. Meibomius addidit τῶν ἀνθρ. et deinceps scripsit αὐτὴν περιεστώτων πραγμάτων, ubi antea erat ὑπὸ τῶν αὐτῶν τῶν πραγμάτων.

τισὶ κατὰ περιόδους καὶ χρόνους μείζους — κατ' ἐλάττους. Ita scripturam antiquam τισὶ περιόδοις καὶ χρόνοις ἀπὸ τῶν emendavit et supplevit Meibomius. Sed nondum locum persanatum esse puto. Praecipue debebant res nominari paulatim inventae et excultae. Igitur fuisse suspicor: τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἐν τισι περιόδοις καὶ χρόνοις μείζοσιν ἀπὸ τῶν τοῦ ἀπείρου ἢ καὶ ἐλάττοσιν.

ἰδίως τὸν ἀέρα ἐκπέμπειν. i. e. suo quemque modo vocem formasse et emisisse. Lucretius 5, 1027. *at varios linguae sonitus natura subegit mittere, et utilitas expressit nomina rerum — Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse rebus, et inde homines didicisse vocabula prima, desipere est — Si genus humanum — pro vario sensu varias res voce notaret. Quanto mortales magis aequum est tum potuisse dissimiles alia atque alia res voce notare?*

45. γενέσθαι ἀλλήλοις. Ante Meibomium erat ἀλλήλαις.

τοὺς συνειδότας. — λογισμῷ ἑλομένους. Ambrosius haec ita vertit: *Quasdam insuper res etiam, quae non conspiciantur, inferendo, ut eos, qui essent conscii, monerent, in sonos quosdam erumpere coactos, istos vero ratione duce plurimis ex causis ita interpretatos esse.* Contra Meibomius posuit: *quarum alias pronunciasse coactos, alias ratiocinatione acceptas plurima ex causa ita interpretatos esse.* Scilicet is verba ὧν τοὺς μὲν addidit ante ἀναγκασθέντας; sed non vidit, verbum ἑλομένους mutandum esse in ἑπομένους praeeunte Ambrosio.

46. *δεῖ γίνεσθαι.* Vulgatum *γενέσθαι* correxit Meibomius, qui verba *ἢ διατάξαντος* aliena et delenda esse censuit.

Μήτε αὖ πυρώδη τινὰ συνεστραμμένα. Froben. et Eudocia habent *πῦρ ἅμα ὄντα συνεστρατευμένην.* Steph. *πῦρ ἅμα ὄντα συνεστραμμένα. neque rursum quum ignis simul sit conversus in se* versio Ambrosii. Aldrob. dedit *μήτε αὖ λυπηρὰ ἅμα ὄντα συνεστραμμένην τὴν μ.* cum Codice Sambuci, ubi tamen *αὖ* non est. Mericus Casaubonus coniecit *μήτε αὖ πυρὸς ἅμματα ὄντα συνεστραμμένα τήν.* Meibomius dedit praescriptam lectionem. Vulgatae propior videtur Casauboni scriptura esse. Sidera primis hominibus deorum loco fuisse, constat. *πῦρ ἅμα ὄντα συνεστραμμένον* Codex Arundel.

μηδὲν ὑπεναντίον — δόξῃ. Froben. Steph. Eudocia *μηδ' ὑπεναντίαι — δόξαι*, consentiente versione Ambrosii. Meibomius correxit, sed ineptissime vertit: *si ex iis nihil venerabili illi motui contrarium videatur.* Nürnberger totum locum vertit ita: *verum omni veneratione prosequenda ista nomina, quae talibus his cogitationibus addita sunt, nisi habeant aliquid contrarium naturis veneratione dignis.* Non minus falso. *σέμνωμα κατὰ πάντα τὰ ὀνόματα φ. ἐπὶ τ. τ. ἐννοίας* est illa *σεμνότης*, auctoritas, gravitas et maiestas, quam adiungimus cogitando nominibus variis, quibus natura divina significatur, seu deos sive *πυρώδη τινὰ συνεστραμμένα*, sive alio quocunque vocabulo nominare placuerit. Hos igitur ait observare et tueri philosophando recte gravitatem illam, quam cogitando addimus variis nominibus, quibus natura divina significetur, qui nihil gravitati illi contrarium opinionibus suis de deorum natura et opera inferant. *αἱ τοιαῦται ἔννοιαι* sunt notiones naturae divinae.

47. *Ὅθεν δὴ κατὰ τάς.* Edd. ante Meibomium *δὴ καὶ τὰς* habent, deinceps *συστρόφων.* Eudocia etiam *δὲ* pro *δή.* *conversionum perceptiones* vertit Ambrosius, *eas conversionum harum leges, quas ab initio acceperunt* Meibomius. Uterque male! Deinceps *συστάσει* dedi, ubi Steph. cum versione Ambrosii prima *γενέσει* posuit.

καὶ τὸ μακάριον — πεπτωκέναι. huc cecidisse Ambrosius vertit, quem sequuntur Meibomius et Nürnberger. Deinceps *τὸ δ' ἐν τῇ ἱστορίᾳ πεπτωκὸς τῆς δύσεως —*

μηθὲν ἔτι πρὸς τὸ μακάριον τῆς γνώσεως συντείνειν. Postea ἀκρίβειαν μὴ ἀπειληφέναι, ὅση πρὸς τὸ ἀτάραχον καὶ μακάριον ἡμῶν συντείνει. Quid sit igitur τὸ μακάριον τῆς γνώσεως sive ἐν τῇ γνώσει, facile apparet.

ἔτι τε καὶ τὸ πλεοναχῶς — ἐνδεχομένως. Ante Meibomium erat ἔτι τε οὐ τό. Stephan. ἐνδεχομένως prima dedit, praeeunte Sambuco. Mihi tamen ἐνδεχομένας mutandum potius in ἐνδεχόμενον fuisse videtur.

τῶν διάκρισιν ὑποβαλλόντων. Meibomius vertit: *verum simpliciter non esse in incorruptibili ac beata natura quidquam eorum, quae pugnas suggerunt aut perturbationem.*

ἁπλῶς οὕτως εἶναι. Meibomius οὕτως addidit. Locum adhuc perturbatum aut vitiosum esse suspicor.

48. αἰτίαι· καὶ εἰ μὲν προῄδεισαν ταῦτα, τάχα δὲ καὶ πλείους. Ita Meibomius scripsit. Antea erat καὶ εἰ μὴ προῄδεισαν ταῦτα τὰ χαλεπὰ καὶ πλεῖα. Steph. tamen προσῄδεισαν ταῦτα — καὶ πλείους. Ambrosius vertit: *et nisi ista difficilia novissent, fortasse plurimi.* Primus τάχα δὲ καὶ dedit Aldrobandinus, utrumque et χαλεπὰ et τάχα scriptum legit et vertit Ambrosius. Sed male fecit Meibomius, cum μὴ in μὲν, et προσῄδεισαν in προῄδεισαν mutaret. ὁμοίως καὶ εἰ est *similiter ac si.* προσῄδεισαν Attice negant dici, et προσῄδεσαν dicendum affirmant Grammatici.

προσκατανοήσεως — δύνηται — καὶ τὴν περὶ τῶν. Froben. Eudocia δυνήσεται. Meibomius cum προῄδεισαν scripsisset, hic etiam προκατανοήσεως, deinde κατὰ τὴν ἐπὶ τῶν scripsit, τὰ κυριώτατα interpretatus animam et corpus. Reliquit tamen in versione: *nec dispositionem in iis quae sunt maxime propria.*

49. τοιουτοτρόπων. Ante Meibomium erat τοιούτων τρόπων, et deinceps ἢ οὐ δεῖ νομίζειν τὴν ὑπὲρ τούτων χρείαν ἀκρίβειαν μὴ ἀπ. Ambrosius τὴν τούτων χρείαν scriptum vertit *horum usum.* Meibomius scripsit χρείας πραγματείαν. Sed χρεία vel sic aliena ab hoc loco, et aliud verbum quaerendum erat. χρείαν καὶ ἀκρίβειαν habet Codex Arundel.

Ὥστε παραθεωροῦντας — τῶν οὔτε τὸ μοναχῶς — οὔτε τὸ πλεοναχῶς. Meibomius temerarie et inepte infersit negationem μὴ παραθ. Deinceps οὐδὲ μοναχῶς — οὔτε τὸ ante Meibomium erat, qui scripsit τῶν τόδε μοναχῶς.

Sequens οὔτε flagitare item in priore membro οὔτε bene vidit Gassendus. Articulum τὸ addidi. Sequens κατὰ ante τὴν ἐκ τῶν inseruit Meibomius, qui παραθεωρεῖν interpretabatur *negligere*. Denique ἐπὶ ποίοις malim.

Ἂν οὖν — ἐνδεχόμενον. Vertit Ambrosius: *si tamen arbitramur eo modo susceptum id fieri posse.* Ante ἀταρακτῆσαι Meibomius ἐστὶν inseruit.

50. τούτοις ὅλως ἅπασιν. Additum a Stephan. ὅλως e versione Ambrosii omisi cum Eudocia et Codice Arundel.

καὶ αἰτίας. Gassendi coniecturam καὶ πάθη improbavit Meibomius; mihi tamen vitium latere videtur.

εἴτε κατὰ ταύτην τὴν ἀναισθησίαν τὴν ἐν τῷ. Hunc locum intactum praeteriit Meibomius, ne sententiam impiam, ut ait, adiuvaret. Casaubonus coniecit τοὺς καὶ αὐτὴν — κατ' αὐτούς. Sed Meibomius dedit: τὶ ἐν τῷ — οὖσαν τὴν ψυχὴν κατ' αὐτοὺς, εἴτε καὶ — δοξάσαι ταῦτα, πάσχειν δ' ἄλλα. et vertit: *sive quod ex hac sensuum privatione eam, quae in morte est, metuant, quasi post mortem aliquid sit, sive etiam quod illa non opinentur, sed alia patiantur, verum ex irrationabili quadam mentis attentione.* Ambrosius: *metuant, quasi post mortem aliquid sit, et ipsi in eo, quod non opinionibus ista patiantur, verum ratione et commendatione quadam.* Legit igitur scriptum ἀλλὰ λόγῳ γέ τινι καὶ παραστάσει. Equidem scripturam antiquam restitui, ubi recte Kühn interpretatur verba ὥσπερ οὖσαν κατ' αὐτοὺς, *tanquam ad ipsos pertineat.* Idem ἀλόγῳ γε παραστάσει *saltem cogitatione vel imaginatione ratione destituta.* Malim tamen δόξαις ταῦτα πάσχειν. Antiquae Edd. omnes οὖσαν καὶ αὐτούς.

ὅθεν τοὺς μὴ — ἐπιτεταμένην — τῷ εἰ καὶ ἐδόξαζον. Frob. Steph. Eudoc. omittunt articulum τοὺς, Steph. ἐπιτεταγμένην Frobenianae et Eudociae correxit. Meibomius recte τοὺς addidit, sed inepte τοῖς εἰκαίοις οὗ ἐδόξαζον dedit. Saltem scripsisset τοῖς οὗ καὶ ἐδόξαζον ταῦτα.

51. καὶ ταῖς αἰσθήσεσι. Haec verba omittunt Frob. Eudocia et versio Ambrosii, addidit autem Stephan. e Codicibus Sambuci.

τὸ ὅθεν ὁ τάραχος καὶ ὁ φόβος ἐγίνετο. Ita cum Froben. Aldrob. Eudocia et versione Ambrosii Meibo-

mius. τὸ ὅθεν ὁ τ. γίνεται καὶ ὁ φόβος ἐγίνετο solae Stephan. habent.

λοιπούς ἀνθρώπους. Posteriorem vocem addidit Meibomius.

52. κεφαλαιωδέστερα Froben. et Eudocia habent. Codex Florentinus: ἐπὶ κεφαλαιωδέστατα — ἐπιτεταγμένα. Posteriorem hanc scripturam reponi hic iussit Sambucus. Deinceps δυνατὸς καὶ κατασχεθείη dedit Meibomius, ubi erat δυνατὸς κατεσχέθη. Ambrosius vertit: *Quae tu si diligenter pro viribus tenere studueris, arbitror te, etsi non ad omnia semper per partes diligenter explicata sufficient, incomparabilem tamen ex eis firmitatem atque constantiam adversus homines ceteros percepturum.* Meibomius posuit: *Quodsi haec explicatio vires obtineat et accurate retineatur, existimo, etiamsi quis ad singula quaeque plene percipienda nullum studium contulerit, incomparabili eum mentis firmitate reliquos homines superaturum.* Sed ita debebat scribi ἂν γένηται — κατασχεθῇ. Kühn scribi voluit ὥστε — οἶμαι, ἐὰν κατασχεθῇ μετὰ ἀκριβείας, καὶ ἂν μή. hac sententia: *puto itaque, hunc sermonem efficacem fore, si accurate memoria retineatur, et quamvis non exquisite singula pervestigarit aliquis, tamen incomparabilem animi magnitudinem cum reliquis comparatus hominibus adipiscetur.* Quae ratio mihi omnium simplicissima videtur. Interim scripturam antiquam restitui. ἐὰν μὴ πρὸς Frob. Eudocia. ἀσύγκριτον cum Froben. Eudocia et Aldrob. dedi pro ἀσύμβλητον Stephan. Palatini et Florentini Codicis.

καθαρὰν — τῶν κατὰ — ἐξηκριβωμένων. Ante Meibomium erat editum καθαρὰ τοῖς κατὰ — ἐξηκριβωμένοις. qui vertit: *nam cum ex se ipso multa ab se explicata dabit, quae singulatim in universa hac tractatione diligenter a nobis tradita sunt.* Contra Ambrosius: *Nam te ex te ipso promovebis plurimum ad ea etiam, quae in toto de natura opere sunt dicta, per partes exponenda.* Meibomius comparavit locum ex epistola sequente, ubi est: τῶν ἄλλων φυσικῶν προβλημάτων κάθαρσιν.

ἐν μνήμῃ τιθέμενα συνεχῶς βοηθήσει. Frob. Steph. Eudocia ἐν μνήματι θέμενος. Florent. Codex ἐν μνήμῃ τιθέμενος. Meibomius Gassendum secutus συνεχῶς ἑαυτῷ βοηθήσει. Atqui ita scriptum oportuit ὁ ἐν μνήμῃ τιθέ-

μενος vel θέμενος. Equidem Casaubonum sequor, qui τιθεμένοις vel τιθέμενα scribi voluit. Posterius reddidit Ambrosius: *atque haec ipsa mandata memoriae perpetuo emolumento erunt.*

ἐξακριβοῦντας — ἀναλύοντας. Nescio, quid moverit Meibomium, ut scriberet ἐξακριβώσαντας — ἀναλύσαντας contra librorum fidem. Idem verba ἢ καὶ τελείως — ἐπιβολὰς male distincta ita ineptissime vertit: *aut plane se eiusmodi considerationibus dederint, plurimas tractationes de universa natura facere possint.* Ineptias has minuit quidem Nürnberger, sed non plane delevit.

τῶν περιοδειῶν. Ita recte Steph. cum Codice Sambuci et Ambrosio, Codex Palatinus et duo Paris. Antea erat περιόδων.

τῶν ἀποτελουμένων ἐκ τούτων εἰσίν. Versio Ambrosii: *Quae autem non penitus cadunt in ea quae conficiuntur, ex his sunt, aut secundum eum morem, qui caret invidia, simulatque intelligitur ambitus eorum, quae sunt inprimis rata, ad tranquillitatem animi faciunt.* Froben. Steph. Eudocia ὅσα — κατὰ τῶν ἄνευ — νοήμασι — περίοδον — ποιοῦνται. Sola Steph. κατὰ τὸν, et νοήματι habet. Ambrosius ἄνευ φθόνου scriptum vertit. Meibomius scribi voluit ὅσοι δ' αὐτῶν μὴ — περιοδείαν — ποιήσονται, interpretatus τὸν ἄνευ φθόγγων τρόπον *discendi absque viva voce rationem.* Itaque vertit: *Quicunque vero eorum ex his ad perfectionem non pervenerint aut sine viva instructione haec sint agressi, sed alia cogitatione maxime principalium rerum tractationem, ad vitae tranquillitatem obtinendam, facient.* Quae quomodo in verbis inesse viderit vir doctus, equidem ignoro, nisi fuit admodum Lynceis oculis. Primum enim oportuit scriptum τῶν ἀποτετελειωμένων. Supra sect. 2. de iisdem est: τοῦ τετελεσιουργημένου καὶ πάντως ἠκριβωμένου. Deinde suspicor scribendum καὶ κατὰ τὸν ἄνευ φθόγγων τρόπον τὴν ἅμα νοήματι περιοδείαν — ποιήσονται. id est: hi vel nulla viva voce magistri eruditi, simul haec intellexerint, statim summa et maxima capita scientiae rerum naturae contemplati convertent ad tranquillitatem animi consequendam.

ANNOTATIONES
AD EPISTOLAM AD PYTHOCLEM.

Κλέων ὁ καλός. Ita Eudocia hunc locum scriptum dedit, ubi vulgabatur Ἤνεγκέ μοι Κλέων ἐπιστολὴν παρά σου, ἐν ᾗ et cet. Multo elegantiorem scripturam atque ingenio Epicuri dignioremillam censui vel propterea, quod Diogenes sect. 5. ait: πρὸς δὲ Πυθοκλέα ὡραῖον ὄντα, Καθεδοῦμαι, φησὶ, προσδοκῶν τὴν ἱμερτὴν καὶ ἰσόθεόν σου εἴσοδον. Fuit enim Epicurus acerrimo pulcritudinis sensu in sexu utroque praeditus et ad scribendum instigatus. Ad hunc autem Pythoclem plures fuerunt Epicuri epistolae. Diogenes enim sect. 6. ex una earum posuit sententiam Epicuri multifariam reprehensam his verbis: Παιδείαν δὲ πᾶσαν μακάριοι φεύγετε. Pythoclem nominavit etiam Plutarchus contra Epicurum p. 101. ed. Hutten., sed verbis paulo diversis sententiam eandem Epicureis universis adscripsit. Pueri vix annorum octodecim ingenium Epicurus miris laudibus extulerat, teste Plutarcho c. Colot. p. 188. H. οὐκ εἶναι φύσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι ἀμείνω, καὶ τερατικῶς αὐτὸν εὖ ἀπαγγέλλειν scribens. Deinde quod ait Diogenes sect. 14. καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἀντὶ τοῦ χαίρειν εὖ πράττειν καὶ σπουδαίως ζῆν ἄριστον, de formulis salutandi epistolicis intelligendum esse apparet; sed Epicurum formula εὖ διάγειν, Platonem εὖ πράττειν, Cleonem χαίρειν usum fuisse ipse testatur Diogenes 3, 61. Ad utrumque locum Menagius plura scriptorum testimonia posuit. Igitur vitium a librariis commissum in formula salutis recte iam olim suspicatus est Gassendus, sed correctionem ineptam proposuit. Speciosior est coniectura Menagii, scriptum fuisse a Diogene in loco priore ἀντὶ τοῦ χαίρειν καὶ εὖ πράττειν εὖ διάγειν καὶ σπουδαίως ζῆν ἔγραφεν aut προὐτίθη. Consentit etiam Ioach. Kühn, vocem ἄριστον e glossemate adiectam tolli debere. Qui-

busdam Epicurum epistolis etiam ὑγιαίνειν praescripsisse, ut Pythagoras fecit, testatur Lucianus. Igitur in tribus Epistolis a Diogene positis formulam mutarunt insolentiorem librarii vulgata, quam in quarta ad Hermachum a Cicerone conversa de Finibus bon. 2. c. 30. ex more romano reddiderunt. In Epistola tamen ad Herodotum Eudocia servavit formulam εὖ πράττειν, ubi libri ceteri omnes χαίρειν dant.

κἂν τις — βαστάζεις. Vulgatum καί τοι — βαστάζειν Casaubonus in καί τοι — βαστάζεις, Gassendus in καί τοι — βαστάζοιντο mutatum voluit. Ambrosius vertit: *quamvis, ut ais, quis continue circumferat.* Scriptum igitur legit κἂν εἴ τις — βαστάζει, ut putat Casaub. vel, quod equidem posui, κἂν τις — βαστάζει. Usum particulae κἂν indicativo iunctae vindicavit nuper doctissimus *Schäfer* in Auctario Epistolae Criticae *Bastii.*

2. συνεσχέθημεν, γράψαντες ἂν — συντελῶμεν. Vulgatam distinctionem et scripturam συνεσχέθημεν. γράψαντες οὖν — συντελοῦμεν correxi. Wetsteiniana peius συνετελοῦμεν dedit. Ambrosius vertit: *magnaque de te et iucunda spe fruimur. Quum igitur cetera iam absolverimus omnia, agimus quae postulasti, plurimis et aliis emolumento futura inventa haec.* De suo igitur supplevit verba *de te*, inepte. Causa enim iucundae spei ita nulla apparet; sed statim emergit, si sequentia adiungas, uti feci. Ut sensum aliquo modo concinnaret, Meibomius in Wetsteiniana verba τὰ διαλογίσματα ταῦτα transposuit et post verbum ἠξίωσας inseruit temere.

ἐγκυκλίων τινός. muneribus humanae societati necessariis fungentes, iudices, aliosque magistratus, medicos et artifices omnes, in functionibus suis occupatos, interpretatur Meibomius. Ita διακονήματα ἐγκύκλια dixit Aristoteles in Politicis. Ceterum verba καὶ τοῖς — ἐμπεπλεγμένοις omisit Frobeniana et Eudocia.

διάλαβε — περιόδευε. Ambrosius vertit: *rite percipe — acriter tecum volue.*

3. κατὰ συναφὴν — αὐτοτελῶς. Kühn interpretatur illa: quae per se non subsistunt, sed cum alio coniuncta sunt corpore. haec vero: quae per se absolvunt suum corpus. Haec ait ab aliis dici μετέωρα καθ' ὑπόστασιν, illa κατ' ἔμφασιν.

νομίζειν δεῖ. Verbum posterius cum Gassendo adiecit Meibom, idque saepius in hac epistola factum.

μήτε — παραβιάζεσθαι. Repete *δεῖ.* *Id quod fieri non potest, non est per vim in medium protrudendum,* interpretatur Kühn.

μήτε ὁμοίαν — ἔχειν. Kühn interpretatur: nec contemplatio per omnia similis esto illi philosophiae, quae agit de vitae humanae rebus, aut quae subruit alias quaestiones physicas, id est, quae fundamenti instar est aliis superstructis *αἰτιολογίαις*, et uno tantum modo se habet semper, et cum sensibus conspirat *μοναχῶς.* Quod attinet ad *κάθαρσιν*, rectius Ambrosius vertit: *aut iis, quos de aliis naturalium quaestionum explicationibus scripsimus.* Ita statim sequitur *μετεώρων κατὰ πλεονάχὸν τρόπον ἐκκαθαιρομένων.*

οὐχ ὑπάρχει. Vulgatum *ὑπάρχειν* praeeunte Ambrosio correxit Gassendus et Meibomius. Paulo antea particulam *ἢ* seclusi tanquam supervacuam, quam omisit etiam versio in Editione Wetsteiniana. Fortasse etiam *ἄτομα τὰ στοιχεῖα* scriptum fuit.

4. *καινά.* *proloquiorum vanitatem* Ambrosius vertit. *κενὰ* cum Gassendo et Codd. Paris. probavit Menagius propter sequens *κενῆς δόξης.*

ἰδιολογίας. Versio Ambrosii *stultitia* habet, quod Meibomius mutavit in *novis sectis, aut gloriae vanitate.* Scilicet Editio princeps *ἤδη ἀλογίας* habet cum Eudocia, *ἔδη ἀλογίας* Codd. Veneti, quod in *ἰδιολογίας* mutatum dedit etiam Stephaniana. Quae si vera est scriptura, deinceps *καινῆς δόξης* malim.

ἀσείστως ἐπὶ πάντων μετεώρων. Ita vulgatam antea *πάντα μὲν οὐ — κατὰ πάντων, κατὰ πλ.* correxit Meibomius, qui *ἀσείστως* interpretatur uti sequens *ταῦτα γὰρ οὐκ ἐνδέχεται πλεοναχῶς γενέσθαι*, coelestia omnia eodem modo semper se habent. Versio Ambrosii: *Omnia quidem immobili ac stabili ratione fiunt per omnia, ex iis duntaxat, quae multiplici modo iis, quae apparent, concorditer incidunt.* Verbum *ἐκκαθαιρομένων* est de explicatione et explanatione, ut supra annotavi, et recte Meibomius versionem correxit. Male Wetsteiniana incisum post *μετεώρων* sustulit, et cum ceteris Edd. post *τρόπον* reliquit, ubi tollendum erat. Kühn mirabilem

loci interpretationem dedit hanc: *In omnibus, qui per varium philosophandi modum repurgati sunt, convenienter iis, quae videntur. Epicurus dicit omnia meteora fieri ἀσείστως, nec ullum incutere terrorem omnibus illis, qui per varium philosophandi modum repurgati sunt* et cet.

καταλίπῃ — ἀπολίπῃ. Ambrosii versio prius *omiserit*, alterum *omittit* reddidit; verum Meibomius reposuit utrobique *reliquerit*. Deinceps καταῤῥέπει malebat Meibom.

5. φέρειν δεῖ. Posterius verbum cum Gassendo inseruit Meibom. Codex Sambuci ἐστὶ dabat pro τινά. Contra Kühn φέρει scribens interpretatur: *Signa vero quaedam eorum, quae in sublimi conflantur, geruntur a quibusdam, quae apud nos videntur, et ea mente comprehenduntur aut revera sunt: non vero sunt, quae in meteoris apparent. Illa enim, quae revera sunt, non possunt per naturam pluribus modis fieri.*

ταῦτα γὰρ οὐκ ἐνδέχεται. Negationem omissam cum Aldrobandino inseruit Meibomius, qui coniecturam secutum esse putabat Aldrobandinum. Verum Eudocia cum Frobeniana οὐ δέχεται habet, Stephaniana γὰρ ἐνδέχεται. Nihilo tamen minus de emendatione dubito. Sensus enim hic esse mihi videtur: Ad explicanda phaenomena in meteoris argumenta non sunt ducenda ex iis, quae in singulis meteoris apparent; possunt enim singula variis modis existere et fieri, nec omnia simul eodem modo existunt.

διαιρετέον. ἃ οὐκ. Ita distincta haec vulgo leguntur. Versio Ambrosii: *dividendum, quando quidem illis non reclamatur, quin saepenumero absolvantur, ab iis rebus, quae apud nos sunt, plurimis modis perfici, ut ea quae sunt apud nos.* Meibomius dedit: *quandoquidem illis, quod multipliciter perficiantur, nihil eorum quae apud nos fiunt, reclamitat.* Distinctione mutata sensus facile apparet. Ratio et causa phaenomeni facile explicatur, si in singulis meteoris phaenomeni observatio coniungatur et comparetur cum iis quae connexa sunt cum ipso phantasmate, ita, ut comparatio phaenomenorum similium, quae apud nos in terra videntur, doceat, eodem plane modo fieri coelestia posse et debere, quoniam terrestria pluribus modis fieri non possunt.

6. ἄστρά τε καὶ πάντα. Editiones primae omnes καὶ γῆν interserunt cum versione Ambrosii, Eudocia et Codd. Venetis. Aldrobandinus videtur primus verba aliena eiecisse.

ἢ πυκνῷ. Deinceps vulgo sequitur: καὶ οὗ λυομένου — λήψεται, καὶ λήγουσαν ἢ ἐμπεριαγομένῳ, ἢ ἔνστασιν ἔχοντι καὶ στρ. Wetsteiniana dedit ex emendatione Meibomii: ἢ καταλήγουσα ἢ ἐν περιαγομένῳ ἢ ἐν στάσιν ἔχοντι, κατὰ στρογγύλην. Sed iam antea Gassendus ἐν περιαγομένῳ ἢ ἐν στάσιν scribi iusserat. Male Meibomius κατὰ posuit pro καὶ στρογγύλην. Equidem verba transposui et in postremum locum collocavi καὶ οὗ — λήψεται; quo facto verba καὶ λήγουσαν ante ἢ ἐν περιαγομένῳ, tanquam temere repetita, resecui; sequentia vero πανταχῶς — καταλαβεῖν parenthesi inclusi. Ita verba et sensum planiora reddidisse mihi videor. Denique verba illa, ἐν ᾧ λῆγον — καταλαβεῖν, tanquam temere assuta eiicienda censuit Meibomius. Contra Gassendus scribi voluit ὁ δὲ κόσμος, ἐν ᾧ λήγει, sensu vel nullo vel alieno. Sane si coelum est περιοχὴ οὐρανοῦ καταλήγουσα ἐν πέρατι, oportet etiam in eo coelo liceat καταλαβεῖν λῆγον, quod vertit Ambrosius *terminum comprehendere*. Quid si scribamus, sublata negatione, ἐν ᾧ τὸ λῆγόν ἐστι καταλαβεῖν? Ceterum miror Meibomium, qui statim postea verba τῇ διανοίᾳ addidit ante ἐστι καταλαβεῖν, hic vero supplementum istud contemsit.

7. καὶ ὅτι ὁ τοιοῦτος. Vulgo intersertum καὶ post ὅτι omisi cum Eudocia.

καὶ ἀκένῳ. Vulgatum κενῷ e vi oppositi πολυκένῳ correxit Meibomius.

τινές φασιν — τινῶν. Vulgatum τινά cum Casaubono correxi. τινὰ φύσιν Florentinus Codex habet, quod idem reponi voluerat Sambucus. Sequens τινῶν cum Froben. omisit Eudocia et Codd. Veneti, sed habet iam secunda Stephaniana.

ἢ μετακοσμίων. Froben. Eudocia, Codd. Veneti καὶ μετακ. quod corrigi iussit Sambucus. Deinde verba καὶ μεταστάσεις cum Frob. omisit Eudocia et versio Ambrosii, addidit Sambucus. Pro τόπον Eudoc. τρόπον habet.

ἐκ τινων ἐχόντων. Frob. Eudocia., Codd. Arund. et Veneti ἐπαρδεύσεις, ἐκ τῶν ἐχόντων ἐπιτηδείως καὶ τελειώσεως — τὴν προσοχήν. Steph. secunda dedit ἐκ τῶν ἐχόντων ἐπιτηδείως ἕως τελειώσεως. Ambrosii versio: *ex iis quae opportune eas suggerunt, quoad consummantur accipiantque constantiam.* τινῶν et ἐπιτηδείους dedit Meibomius, προσδοχὴν etiam sec. Stephaniana. *subiectionem* vertit Ambrosius. ἕως τελειώσεως — προσδοχὴν scripsit etiam Sambucus.

8. οὐδὲ δῖνον. Vulgatum antea οὐδὲ δεινὸν praeeunte Ambrosio correxit ita Casaubonus; et verum habent Codd. Paris. καὶ δίνησιν invexit coniectura Meibomii vana.

αὔξεσθαί τε — προσκρούσῃ. Haec statim post verba γίνεσθαι κενῷ inserenda suspicatus est Meibomius. Menagius monuit, respici Leucippi opinionem traditam a Diogene his verbis 9, 31. γίνεσθαι δὲ τοὺς κόσμους οὕτω. φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα, παντοῖα τοῖς σχήμασιν, ἐς μέγα κενόν· ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια.

οὐ, καθ' αὑτὰ γενόμενα. Negationem in Codd. et Edd. omissam praeeunte Gassendo inseruit Meibomius.

ὁμοίως δὲ — θάλαττα. Haec ante Meibomium transposita legebantur post verba αὔξησιν ἐλάμβανεν. Praeiverat Gassendus.

ὅσα γε δὴ ζώων ἄλλα εὐθὺς δ. Ita dedit Meibomius, vertens *et quotquot animalium alia statim effingebantur:* inepta sententia. Antea erat ὅσα γε δεῖ σώζει. ἀλλ' εὐθύς. Ambrosii versio: *et quae praeterea servantur, continuo efficta sunt.* Igitur scriptum legit δεῖ σώζεσθαι ἄλλα, εὐθύς. quod restitui.

κατὰ προσκρίσεις. Frob. et Steph. καὶ τὰ πρὸς κρίσεις. *et per comparationes* Ambrosii versio. Rectum cum Codd. Paris. dedit Meibomius et Menagius.

πνευματικῶν — ἤτοι συναμφοτέρων. Meibomius πνευματωδῶν hic et in sequentibus temere scripsit. Reliqua est emendatio Gassendi pro vulgatis ἢ τὸ συναμφότερον.

9. κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς. Vulgatum μέντοι correxi. Ambrosius vertit: *quantum ipsi iudicamus, ea est quae videtur.* Deinceps ἡλίκον ὁποῖον φαίνεται Froben. Steph. ἡλίκον καὶ ὁποῖον malebat Kühn. ὁποῖον Gassendus eiici iussit, et omisit Codex Florent. quem sequor. ἡλίκον ὁπότε ineptissima coniectura dedit Meibomius. Plutarchus Placit. 2, 21. Ἐπίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα, ἢ τηλικοῦτον ἡλίκος φαίνεται, μικρῷ μείζω ἢ ἐλάττω. Cicero de Finibus I, 6. *sol Epicuro bipedalis fortasse* (videtur): *tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paulo aut maiorem aut minorem.*

τοῦτο καὶ — οὐθέν ἐστι. Seclusi quae Diogenes aliunde adiecit, quo faciliór nexus sententiarum esset. Sequens φησὶ omisit Eudocia. Deinde τηλικοῦτον οὐχ ἅμα editi et scripti libri omnes cum Eudocia habent; οὐχ ὑπάρχει malebat Gassendus. ὡς χ' ὁρᾶται dedit Meibomius vertens *sive tantus quantus videtur.* Cicero Academic. 4, 26. de sole: *quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. Epicurus autem posse putat etiam minorem esse eum, quam videatur, sed non multo; ne maiorem quidem multo putat esse; vel tantum esse, quantus videatur; ut oculi aut nihil mentiantur aut non multum mentiantur.* Igitur ἡλίκον ὁρᾶται aut φαίνεται scriptum fuisse videtur.

In verbis ἄλλο γὰρ τούτῳ συμμ. δ. οὐθέν ἐστι adhuc haereo. Versio Ambrosii, a Meibomio relicta, plane inepta est haec: *Alia namque huic rationabilior distantia nulla.* Dubito, τούτῳ ad solem an ad μέγεθος referatur: nec ipsam rationem intelligo. Lucretius eandem doctrinam ita exposuit 5, versu 565 seqq. *Nec nimio solis maior rota nec minor ardor esse potest, nostris quam sensibus esse videtur. Nam quibus e spatiis cunque ignes lumina possunt adiicere et calidum membris afflare vaporem, illa ipsa intervalla nihil de corpore libant flammarum, nihil ad speciem est contractior ignis. Proinde calor quoniam solis lumenque profusum perveniunt nostros ad sensus, et loca fulgent,* (*tingunt* Lambinus) *forma quoque hinc solis debet filumque videri, nil adeo ut possis plus aut minus addere, vera.*

Sed inde nullum loco nostro auxilium sperare equidem ausim. In luna Lucretius paululum diversam rationem posuit versu 579.: *nam prius omnia, quae longe semota tuemur aera per multum, specie confusa videntur, quam*

minimum (*minui* dedit cum Wakefieldo Eichstaedt) *filum.* et in reliquis sideribus versu 586.: *quandoquidem quoscunque in terris cernimus ignes, dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum, perparvum quiddam interdum mutare videtur alteramutram in partem filum, quo longius absit.* Hanc eandem rationem significare voluisse videtur Epicurus verbis: *οὕτω γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν θεωρούμενα κατὰ τὴν αἴσθησιν θεωρεῖται.* Redeo ad verba mihi obscura. Cum vidissem Sambuci e Codice annotatum *ἄλλῳ*, veni statim in eam opinionem, in ea scriptura veram latere. Scribendum igitur censebam: *ἄλλῳ γὰρ τοῦτο συμμετρώτερον τὸ διάστημα οὐθενί ἐστι.* Sed video nunc vulgatam recte habere, modo *τούτῳ* referas ad *μέγεθος*, hoc sensu: *nulla enim alia magnitudinis mensura comparata cum distantia solis his sensibus nostris congruit.*

Ceterum hic locus manifeste docet opinionem veram Epicuri de solis magnitudine, quam Cicero et Cleomedes non satis accurate excerptam prodiderunt, tanquam omnium ineptissimam, ut Epicuri inscitiam astronomiae irridere possent. Distinguit Epicurus *τὸ μέγεθος τὸ πρὸς ἡμᾶς* et *τὸ κατ' αὐτὸ*, idque facere et res et doctrina eius de criterio cogebat. Quam, etsi iam supra ad priorem Epistolam forte rectius apposuissem excerptam e Sexto, tamen hic subiungere lubuit, quia exemplum de visione explicat ad hunc locum accommodatissimum. Sextus 8, 203. — *Ἐπίκουρος δὲ δυοῖν ὄντων τῶν συζυγούντων ἀλλήλοις πραγμάτων, φαντασίας καὶ τῆς δόξης, τούτων τὴν φαντασίαν, ἣν καὶ ἐνάργειαν καλεῖ, διὰ παντὸς ἀληθῆ φησιν ὑπάρχειν. Ὡς γὰρ τὰ πρῶτα πάθη, τουτέστιν ἡδονὴ καὶ πόνος ἀπὸ ποιητικῶν τινων καὶ κατὰ ταῦτά ποιητικὰ συνέσταται, οἷον ἡ μὲν ἡδονὴ ἀπὸ τῶν ἡδέων, ἡ δὲ ἀλγηδὼν ἀπὸ τῶν ἀλγεινῶν, καὶ οὔτε τὸ τῆς ἡδονῆς ποιητικὸν ἐνδέχεταί ποτε μὴ εἶναι ἡδύ, οὔτε τὸ τῆς ἀλγηδόνος παρεκτικὸν μὴ ὑπάρχειν ἀλγεινόν· ἀλλ' ἀνάγκη καὶ τὸ ἥδον ἡδύ, καὶ τὸ ἀλγοῦν ἀλγεινὸν τὴν φύσιν ὑποκεῖσθαι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν φανταστῶν παθῶν περὶ ἡμᾶς οὐσῶν τὸ ποιητικὸν ἑκάστου αὐτῶν πάντη τε καὶ πάντως φανταστόν ἐστιν· ὃ οὐκ ἐνδέχεται, ὃν φανταστὸν μὴ ὑπάρχειν κατὰ ἀλήθειαν τοιοῦτον, οἷον φαίνεται ποιητικὸν φαντασίας καθεστάναι. Καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος τὸ παραπλήσιον χρὴ λογίζεσθαι· τὸ γὰρ ὁρατὸν οὐ μόνον φαίνεται ὁρα-*

τὸν; ἀλλὰ καί ἐστι τοιοῦτον οἷον φαίνεται· καὶ τὸ ἀκουστὸν οὐ μόνον φαίνεται ἀκουστὸν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἀληθείαις τοιοῦτον ὑπάρχει. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. Γίνονται οὖν πᾶσαι αἱ φαντασίαι ἀληθεῖς καὶ κατὰ λόγον· εἰ γὰρ ἀληθὴς φαίνεται φαντασία, φασὶν οἱ Ἐπικούρειοι, ὅτι ἀπὸ τοῦ ὑπάρχοντός γε καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον γίνεται, πᾶσα δὲ φαντασία ἀπὸ ὑπάρχοντος τοῦ φανταστοῦ, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ φανταστὸν συνίσταται, πᾶσα κατὰ ἀνάγκην φαντασία ἐστὶν ἀληθής. Ἐξαπατᾷ δ' ἐνίους ἡ διαφορὰ τῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἰσθητοῦ οἷον ὁρατοῦ δοκουσῶν προσπίπτειν φαντασιῶν, καθ' ἣν ἢ ἀλλοιόχρουν ἢ ἀλλοιόσχημον ἢ ἄλλως πως ἐξηλλαγμένον φαίνεται τὸ ὑποκείμενον. Ὑπενόησαν γὰρ, ὅτι τῶν οὕτω διαφερουσῶν καὶ μαχομένων φαντασιῶν δεῖ τὴν μέν τινα ἀληθῆ εἶναι, τὴν δ' ἐκ τῶν ἐναντίων ψευδῆ τυγχάνειν· ὅπερ ἐστὶν εὔηθες, καὶ ἀνδρῶν μὴ συνορώντων τὴν ἐν τοῖς οὖσι φύσιν. Οὐ γὰρ ὅλον ὁρᾶται τὸ στερέμνιον, ἵνα ἐπὶ τῶν ὁρατῶν ποιώμεθα τὸν λόγον, ἀλλὰ τὸ χρῶμα τοῦ στερεμνίου. Τοῦ δὲ χρώματος τὸ μέν ἐστιν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στερεμνίου, καθάπερ ἐπὶ τῶν σύνεγγυς καὶ ἐκ τοῦ μετρίου διαστήματος βλεπομένων· τὸ δ' ἐκτὸς τοῦ στερεμνίου καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς τόποις ὑποκείμενον, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐκ μακροῦ διαστήματος θεωρουμένων. Τοῦτο δὲ ἐν τῷ μεταξὺ ἐξαλλαττόμενον καὶ ἴδιον ἀναδεχόμενον σῆμα, τοιαύτην ἀναδίδωσι φαντασίαν, ὁποῖον καὶ αὐτὸ κατ' ἀλήθειαν ὑπόκειται. Ὅνπερ οὖν τρόπον οὔτε ἡ ἐν τῷ κρουομένῳ χαλκώματι φωνὴ ἐξακούεται, οὔτε ἡ ἐν τῷ στόματι τοῦ κεκραγότος, ἀλλ' ἡ προσπίπτουσα τῇ ἡμετέρᾳ αἰσθήσει· καὶ ὡς οὐθεὶς φησι τὸν ἐξ ἀποστήματος μικρᾶς ἀκούοντα φωνῆς ψευδῶς ἀκούειν, ἐπείπερ σύνεγγυς ἐλθὼν ὡς μείζονος ταύτης ἀντιλαμβάνεται· οὕτως οὐκ ἂν εἴποιμι ψεύδεσθαι τὴν ὄψιν, ὅτι ἐκ μακροῦ μὲν διαστήματος μικρὸν ὁρᾷ τὸν πύργον καὶ στρογγύλον, ἐκ δὲ τοῦ σύνεγγυς μείζονα καὶ τετράγωνον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀληθεύειν, ὅτι καὶ ὅτε φαίνεται μικρὸν αὐτῇ τὸ αἰσθητὸν καὶ τοιουτόσχημον, ὄντως ἐστι μικρὸν καὶ τοιουτόσχημον, τῇ διὰ τοῦ ἀέρος φορᾷ ἀποθραυομένων τῶν κατὰ τὰ εἴδωλα περάτων· καὶ ὅτε μέγα πάλιν καὶ ἀλλοιόσχημον, πάλιν ὁμοίως μέγα καὶ ἀλλοιόσχημον, ἤδη μέντοι οὐ τὸ αὐτὸ ἀμφότερα καθεστώς. Τοῦτο γὰρ τῆς διαστρόφου λοιπόν ἐστι δόξης οἴεσθαι, ὅτι τὸ αὐτὸ ἦν τό, τε ἐκ τοῦ σύνεγγυς καὶ τὸ πόρρωθεν θεωρούμενον φανταστόν· αἰσθήσεως δὲ ἴδιον ὑπῆρχε, τοῦ παρόντος μόνον καὶ κινοῦντος ἀντιλαμβάνεσθαι, οἷον χρώματος, οὐχὶ δὲ τὸ διακρίνειν,

ὅτι ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἐνθάδε, ἄλλο δὲ τὸ ἐνθάδε ὑποκείμενον. Διόπερ αἱ μὲν φαντασίαι διὰ ταῦτα πᾶσαί εἰσιν ἀληθεῖς, ἀλλ' αἱ δόξαι εἴχόν τινα διαφοράν. Τούτων γὰρ αἱ μὲν ἦσαν ἀληθεῖς, αἱ δὲ ψευδεῖς· ἐπείπερ κρίσεις καθεστᾶσιν ἡμῶν ἐπὶ ταῖς φαντασίαις. Κρίνομεν δὲ τὰ μὲν ὀρθῶς, τὰ δὲ μοχθηρῶς, ἤτοι παρὰ τὸ προστιθέναι τι καὶ προσνέμειν ταῖς φαντασίαις, ἢ παρὰ τὸ ἀφαιρεῖν τι τούτων, καὶ κοινῶς καταψεύδεσθαι τῆς ἀλόγου αἰσθήσεως. Οὐκοῦν τῶν δοξῶν κατὰ τὸν Ἐπίκουρον αἱ μὲν ἀληθεῖς εἰσιν, αἱ δὲ ψευδεῖς· ἀληθεῖς μὲν αἵ τε ἐπιμαρτυρούμεναι καὶ οὐκ ἀντιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας· ψευδεῖς δὲ αἵ τε ἀντιμαρτυρούμεναι καὶ οὐκ ἐπιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας. Ἔστι δὲ ἐπιμαρτύρησις μὲν κατάληψις δι' ἐναργείας τοῦ τὸ δοξαζόμενον τοιοῦτον εἶναι, ὁποῖόν ποτε ἐδοξάζετο· οἷον Πλάτωνος μακρόθεν προσιόντος εἰκάζω μὲν καὶ δοξάζω παρὰ τὸ διάστημα, ὅτι Πλάτων ἐστὶ, προσπελάσαντος δὲ αὐτοῦ, προσεμαρτυρήθη, ὅτι Πλάτων ἐστὶ, συναιρεθέντος τοῦ διαστήματος, καὶ ἐπεμαρτυρήθη δι' αὐτῆς τῆς ἐναργείας. Οὐκ ἀντιμαρτύρησις δ' ἐστὶν ἀκαλουθία τοῦ ὑποσταθέντος καὶ δοξασθέντος ἀδήλου τῷ φαινομένῳ· οἷον ὁ Ἐπίκουρος λέγων εἶναι κενόν, ὅπερ ἐστὶν ἄδηλον, πιστοῦται δὲ ἐναργοῦς πράγματος τοῦτο, τῆς κινήσεως. Μὴ ὄντος γὰρ κενοῦ, οὐδὲ κίνησις ὤφειλεν εἶναι, τόπον μὴ ἔχοντος τοῦ κινουμένου σώματος, εἰς ὃν περιστήσεται, διὰ τὸ πάντα πλήρη εἶναι καὶ ναστά. Ὥστε τῷ δοξασθέντι ἀδήλῳ μὴ ἀντιμαρτυρεῖν τὸ φαινόμενον, κινήσεως οὔσης. Ἡ μέντοι ἀντιμαρτύρησις μαχόμενόν τί ἐστι τῇ οὐκ ἀντιμαρτυρήσει· ἦν γὰρ ἀνασκευὴ τοῦ φαινομένου τῷ ὑποσταθέντι ἀδήλῳ· οἷον ὁ Στωϊκὸς λέγει, μὴ εἶναι κενὸν, ἄδηλόν τι ἀξιῶν· τούτῳ δὲ οὕτως ὑποσταθέντι ὀφείλει τὸ φαινόμενον συναναασκευάζεσθαι, φημὶ δὲ ἡ κίνησις. Μὴ ὄντος γὰρ κενοῦ, κατὰ ἀνάγκην οὐδὲ κίνησις γίγνεται, κατὰ τὸν ἤδη προδεδηλωμένον ἡμῖν τρόπον. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ οὐκ ἐπιμαρτύρησις ἀντίξους ἐστὶ τῇ ἐπιμαρτυρήσει· ἦν γὰρ ὑπόπτωσις δι' ἐναργείας τοῦ τὸ δοξαζόμενον μὴ εἶναι τοιοῦτον, ὁποῖόν περ ἐδοξάζετο· οἷον πόρρωθέν τινος προσιόντος, ἐδοξάζομεν παρὰ τὸ διάστημα Πλάτωνα εἶναι, ἀλλὰ συναιρεθέντος τοῦ διαστήματος, ἔγνωμεν δι' ἐναργείας, ὅτι οὐκ ἔστι Πλάτων· καὶ γέγονε τὸ τοιοῦτον οὐκ ἐπιμαρτύρησις· οὐ γὰρ ἐπεμαρτυρήθη τῷ φαινομένῳ τὸ δοξαζόμενον. Ὅθεν ἡ μὲν ἐπιμαρτύρησις καὶ οὐκ ἀντιμαρτύρησις τοῦ ἀληθές εἶναί τι, ἔστι κριτήριον, ἡ δὲ οὐκ ἐπιμαρτύ-

ρησις καὶ ἀντιμαρτύρησις τοῦ ψεῦδος εἶναι. Πάντων δὲ κρηπὶς καὶ θεμέλιον ἡ ἐνάργεια. Τοιοῦτο μὲν κατὰ τὸν Ἐπίκουρόν ἐστι τὸ κριτήριον. Ad quae pauca haec annotabo. Primum illud mihi non plane vere videtur affirmare Sextus, Epicurum τὴν φαντασίαν alio vocabulo ἐνάργειαν vocare. Potius τὸ φαινόμενον et ἡ ἐνάργεια ubique synonymice dicuntur, quibus opponitur τὸ ἄδηλον. Alioquin πράγματα ἐναργῆ eadem essent cum φανταστοῖς, quod equidem Epicurum existimasse non puto. Ita verbi caussa Epicurus τὴν κίνησιν dixit πρᾶγμα ἐναργές; sed idem non posse dici videtur omnino φανταστόν. Sed φανταστὰ dici videntur res singulares, quae quandam impressionem faciunt in sensus instrumenta et animum, quas deinde opinio et iudicium per ipsam ἐνάργειαν et τὰ φαινόμενα explorare debent, veraene an falsae sint.

Deinde in verbis graecis pauca mutavi; velut in loco illo non longe ab initio, ubi Editio habet Fabriciana τὸ ἀλγεινὸν ἀλγοῦν ὂν τὴν φύσιν ὑποκεῖσθαι, inutile ὂν resecui, et verba transposui. Deinde ubi erat ἐπὶ τῶν φαντασιῶν παθῶν, quae male vertuntur: *in phantasia de affectionibus quae sunt in nobis:* scripsi ex veritate φανταστῶν, quae opponuntur τοῖς πρώτοις πάθεσι. Denique ubi erat ἀλλὰ καὶ ταῖς ἀληθείαις τοιοῦτον ὑπῆρχε, tempus mutavi, ut priori membro alterum congrueret.

τοῖς ἐναργήμασι. Eudoc. ἐνεργήμασι. *rebus certis* vertit Ambrosius.

10. γίνεσθαι δύνανται. Vulgatum Ἀνατολὰς — γενέσθαι δύνασθαι Meibomius mutavit in γενέσθαι δύνατται. Equidem coniecturam Gassendi posui. Lucretius 5, 650. *aut ubi de longo cursu sol ultima coeli impulit atque suos efflavit languidus ignes, concussos itere et labefactos aëre multo.* Eandem causam in defectu solis repetiit versu 757 seqq. Hanc Epicuri doctrinam de sole extincto atque in ortu iterum accenso, uti alteram de solis magnitudine, graviter insectatur Cleomedes Meteor. 2. p. 65 seqq. Opinionem falsam de sole in occasu extincto repetit a fabula his verbis p. 89. Ἀλλὰ γὰρ μυθαρίῳ γραῶδεϊ πιστεύσας, ὡς τῶν Ἰβήρων ἱστορούντων, ἐμπίπτοντα τὸν ἥλιον τῷ ὠκεανῷ ψόφον ἐμποιεῖν (ποιεῖν

Codex meus.) σβεννύμενον, ὡς διάπυρον σίδηρον ἐν ὕδατι, ἐπὶ ταύτην ἦλθε τὴν δόξαν. Fabulam de Iberico sole narrat Posidonius apud Strabonem 3. p. 368. Sieb. quam dubito an cognitam habuerit Epicurus. Anaxagoras solem cum μύδρῳ διαπύρῳ comparaverat; poetae autem ab Homero inde solem aquis Oceani immersum occidere iterumque inde emergere orientem finxerunt. Hinc potuit Epicurus doctrinam absurdam componere. Sequebatur vulgo περιστάσεως καθ' ἑτέρους τοὺς τόπους, ὥστε τὰ. Cod. Paris. καθ' ἑκατέρους. Meibomius dedit καὶ καθ' ἑτέρους τινὰς τρόπους, ὡς τὰ πρ. in qua coniectura τινὰς τρόπους probo, cetera improbo. In ὥστε videtur οἷόν τε latere, idque ipsum video nunc Meibomium repositum voluisse. Praeterea δὲ ex more inserui post ἑτέρους. In Venet. Codd. est ἑτέρους τε τόπους, et Sambucus scribi voluit καὶ καθ' ἑκατέρους.

ἐμφάνειαν — δύναιτ' ἂν — οὐδὲ γάρ. Froben. et Eudoc. οὐδὲν γάρ; praeterea δύναιτ' ἂν Eudoc. Ambrosius verba ἐμφ. et ἐπιπροσθέτησιν male reddit *evidentiam* et *adiectionem*, Meibomius non rectius *superappositionem*.

11. ἢ τούτου — δὲ δίνην. Haec Froben. et Eudocia omisit, sed habet Stephan. secunda et versio Ambrosii. Deinde vulgatum ordinem ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου ex Eudocia mutavi. Audiamus Lucretium 5. versu 510 seqq. *Motibus astrorum nunc quae sit causa canamus. Principio magnus coeli si vertitur orbis, ex utraque polum parte premere aëra, nobis dicundum est, extraque tenere et cludere utrimque: inde alium supra fluere, atque intendere eodem, qua volvenda micant externi sidera mundi, ast alium subter, contra qui subvehat orbem; ut fluvios versare rotas atque haustra videmus.* Haec est illa ἀέρος ἀντέξωσις, quam epistola Epicuri inter causas conversionis commemoravit. Sed idem versu 636 seqq. peculiariter de solis lunaeque conversione: *Fit quoque, ut e mundi transversis partibus aër alternis certo fluere alter tempore possit, qui queat aestivis solem detrudere signis brumales usque ad flexus gelidumque rigorem; et qui reiiciat gelidis ab frigoris umbris aestiferas usque in partes et fervida signa. — Nonne vides etiam diversis nubila ventis diversas ire in partes, inferna supernis?* Sequitur in Lucretio versu 518. altera causa seu potius plures: *Est etiam quoque uti possit*

coelum omne manere in statione, tamen quum lucida signa ferantur, sive quod inclusi rapidi sunt aetheris aestus, quaerentesque viam circumversantur; et ignes passim per coeli volvunt immania templa; sive aliunde fluens alicunde extrinsecus aër vorsat agens ignes; sive ipsi serpere possunt, quo cuiusque cibus vocat atque invitat euntes, flammea per coelum pascentes corpora passim. Hanc postremam rationem epistola exposuit verbis: *κατά τινα ἐπινέμησιν τοῦ πυρὸς ἀεὶ ἐπὶ τοὺς ἑξῆς τόπους ἰόντος.*

ἐπ' ἀνατολῆ, εἶτα — κατά τινα ἐπινέμησιν. Postrema tria verba cum Froben. omisit Eudocia, reddidit Ambrosius *per quandam ignis distributionem.* Meibomius *depastionem* dedit haud multo melius. Idem pro Ambrosiano *in ortu* posuit haud aptius *ab ortu.* Debebat *ad ortum.* Cogitabat Epicurus ignem ex lege necessitatis quadam accensum, cum oritur sidus; reliquus motus eius pendet a calore ignis latius ad proxima loca evagantis. Itaque scribendum censeo, *εἶτα κατά τινα ἐπινέμησιν τοῦ πυρὸς τῇ θερμασίᾳ ἀεὶ ἐπὶ — ἰόντος.* Hanc ignis *ἐπινέμησιν* pulcris versibus Lucretius descripsit, quos supra posui.

ἀέρος ἀντέξωσιν. Hanc Lucretius explicavit in loco supra posito.

ἀεὶ ἐπιτηδείως ἐχομένης ἐμπιπραμένης. Ita Froben. *ἀεὶ — καὶ ἐμπιπραμένης, τῆς δέ.* Ambrosii versio: *sive etiam materiae aptae, quae semper adiaceat atque inflammetur, partim vero deserentis.* Meibomius dedit: *semper adsequatur atque partim inflammetur, partim vero relinquatur.* quasi *καταλιμπανομένης* vel *καταλειπομένης* scriptum esset. Graeca autem ita scripsit: *ὕλης ἐπιτηδείας ἀεὶ ἐχομένης, καὶ τῆς μὲν, ἐμπιπραμένης· τῆς δὲ, καταλιπούσης.* Partem meliorem emendationis praeceperat Gassendus. In Codice Paris. est *ἐπιτηδείας ἐμπιπραμένης*, in Florentino *ἐπιτηδείας ἐχομένης καὶ ἐμπιπραμένης.* Equidem dedi, quod potest intelligi, et cum sententiarum nexu convenit; sed malim praeterea *ἐπιλιπούσης*, *cum defecit.* Causam fere eandem supra motus siderum posuit.

κατειληθῆναι τοῖς ἄστροις. Primum verbum omissum in Frob. Eudocia et Codd. Venetis adiecit Steph. sec. praeeunte Sambuco, et versio Ambrosii habet: *sive etiam ab initio vertigo huiusmodi istis sit distributa sideribus, ut in gyrum moveantur.* Verbum *κατειληθῆναι* is scriptum

non legit, sed aliud aptius, *κατανεμηθῆναι* vel simile; accusativus cum infinitivo pendere videtur ab omisso *τῷ*. Sequens *οἷόν τε* vitiosum videtur. Frobeniana cum Eudocia habet *οἷον τὲ ἔν σοι κατακινεῖσθαι*. Vulgata nunc scriptura est etiam in sec. Stephan. eamque dedit Sambucus. *εὔσοικα* habet Codex Arundel. pro *ἕλικα*, Veneti *ἐν σικα*. Mihi *ἐν ἕλικι* vel *καθ' ἕλικα* scribendum videbatur.

[*γίνεσθαι ἐνδέχεται, καί*]. Haec inseruit Meibomius, ut redintegraret sententiam. Sequens *αἰεὶ* restitui e Froben. et Stephan. *ἀεὶ* dedit Wetsteiniana. Postea *τεχνείας* habet margo Sambuci.

12. *κατὰ στροφὴν — τούτου*. Vulgatum *καταστροφὴν* correxit Gassendus, *σώματος*. *τοῦτο — δύναμιν ἂν* Meibomius. *στροφὴν σώματος* explicabit Lucretius 5. versu 719 seqq. *versarique potest, globus ut si forte pilai dimidia ex parte candenti lumine tinctus, versandoque globum variantes edere formas, donicum eam partem, quaecunque est ignibus aucta, ad speciem vertit nobis oculosque patentes; inde minutatim retro contorquet et aufert luciferam partem glomeraminis atque pilai; ut Babylonica Chaldaeum doctrina, refutans astrologorum artem, contra convincere tendit.* Chaldaeorum doctrinam tradidit Vitruvius libri 9. c. 2. *Berosus, qui a Chaldaeorum civitate seu natione progressus in Asiam etiam disciplinam Chaldaicam patefecit, ita est professus, pilam esse ex dimidia parte candentem, reliqua habere coeruleo colore. Cum autem cursum itineris sui peragens subiret sub orbem solis, tunc eam radiis et impetu caloris corripi convertique candentem, propter eius proprietatem luminis, ad lumen; cum autem evocata ad solis orbem superiora spectent, tunc inferiorem partem eius, quod candens non sit, propter aeris similitudinem obscurum videri: cum ad perpendiculum esset ad eius radios, totum lumen ad superiorem speciem retineri, et tunc eam vocari primam* et reliqua. Coniecturae de aetate Berosi positae in annotatione ad Vitruvium et ductae e loco Theophrasti apud Proclum accedit nunc auctoritas Epicuri.

κατ' ἐπιπροσθετήσεις. Vulgatum *κατὰ προσθετήσεις*, quod Ambrosius *appositiones* interpretatur, correxi.

ἀποδόσεις. Ita Frob. Eudoc. Veneti Codd. *ἀποδύσεις* Steph. et Wetsteiniana.

θεωρητικὸς, τί. Ita Meibomius pro *θεωρητικῶς τι.*

13. *ἐνδέχεται δὲ καὶ ἀπό.* Copulam *καὶ* cum Gassendo inserui.

ἀκολούθους αὐτῷ. Vulgatum *αὐτοῖς* cum Gassendo correxi.

καὶ μὴ — ταῦτα, καταῤῥέπῃ. Vulgatum *μὴ ἀναβλέπων — ταῦτα, καὶ κατα ῥεπῇ* e Froben. et Stephan. repetiit Meibomius, annotans Aldrobandinum dedisse *ταῦτα ὀγκοῖ ματαίως*, e coniectura, uti suspicatur. At ita ait deinceps scriptum oportuisse *καὶ κατα ῥέπειν ποιεῖ.* Sed ita habent Codices Sambuci, uti scripsit Aldrob. In Codd. Venetis est *συνθεωρεῖ, καὶ μὴ ἀνάβ. — ταυτὸν καὶ καταῤῥέπῃ.* Etiam Arund. *ταὐτὸν* habet. Vestigiis scripturae Venetae insistens, transposita copula *καὶ*, locum sanasse mihi videor scribendo *κατα ῥέπῃ*, quod voluit etiam fieri Kühn. Sequens *ἄλλως* omisit Eudocia.

14. *καὶ κατὰ πάντας τρόπους ὅσοι ἂν θ.* Ita Meibomius correxit vulgatam antea *καὶ ὅσοι πάντα ἂν τρόπον θεώροῦντο.* Ambrosius breviter: *modisque omnibus meteoris huiusmodi vestigare nequaquam adnitendum est.*

ἐπὶ πάντων γὰρ — προσθετέον. Particulam *γὰρ* addidit Stephaniana. Loci vitium annotavit Meibomius, sensum ita divinavit: *in omnibus enim meteoris huiusmodi caussam vestigare adnitendum est: quondoquidem si modos sequatur, qui cum evidentibus rebus pugnent, nunquam veram tranquillitatem consequetur.* Contra Ambrosius: *Si enim aliquibus repugnare evidentiis contingat, nunquam vera tranquillitate poterimus frui.* Igitur scriptum videtur legisse *μάχεσθαι τοῖς ἐναργήμασι συντύχῃ, οὐδέποτε δυνησόμεθα.* Frobeniana, Eudocia et Codd. Veneti cum Arundel. *βαλλομένοις* habent pro *μαχομένοις.* Sambuci margo *προστέον* varietatem annotavit. Gassendus coniecit *ἰχνεύειν ὁδὸν προσθετέον· ἢν γάρ τις μαχόμενος ᾖ.* Equidem suspicabar scribendum: *ἰχνεύειν δεῖ ὁδὸν, ἢν γάρ τις προσθῆται τοῖς μαχομένοις τοῖς ἐναργήμασιν,* et cet. *ἢν προσθῆται* est *si quis assensum praebuerit.*

15. *καὶ ἔτι — συνθεωρητέον.* Frob. Steph. Eudoc. Codd. Veneti et Ambrosius *ἤδη* habent; deinceps *θεωρητέον* Frob. et Eudoc.: verum dedit margo Sambuci. Postea

vulgatum *συγκρίσεις* e Codice Florentino correxi, admonente quod additur *ἅμα*.

[*Ἐν δὲ τῇ — ἐπιλέκτων*]. Haec seclusi, quae Diogenes addidit Epistolae Epicuri; omisit totum locum Eudocia. Codices Veneti *τὸν πρὸς ἥλιον* habent. Post *σκιάσματος* Meibomius inseruit *ἐμπίπτοντος*, quod non necesse erat, cum praecedens *ἐπισκοτοῦντος* satis commode cum Kühnio repeti possit. *terrae umbra se opponente* versio Ambrosii. Postea *καὶ* post *ἀλλὰ* e versione Meibomii inserui. Plura addit Gassendus.

16. *ἅπασα ἡ περὶ τῶν*. Froben. *ἅπασα περὶ τῶν — ἀντιλογία*. Stephan. et Wetsteiniana *ἅπασα ἡ τῶν* dedit. *αἰτιολογία* cum Gassendo dedit Meibomius, idque habet Eudocia. Codd. Regii *ἅπασα ἡ περὶ τῶν*, ut Veneti, habent.

ἤδη ἐγένετο. Vulgatum *ἐγίνετο* correxi. Deinde ordinem Froben. *τρόπον οἴεσθαι γίνεσθαι μόνον*, quem servant Eudocia et Codd. Veneti, mutavit prima Stephaniana in *τρόπον μόνον οἴεσθαι γίνεσθαι*.

φερομένοις — ἃ δεῖ — δυναμένοις συνθεωρεῖν. In Froben. Stephan. Codd. Venetis, Eudoc. *φερομένους — δὴ — δυναμένους σὺν θεῷ χαίρειν*. Aldrobandinus *ἃ δεῖ* dedit. Reliqua emendavit Meibomius, praeter *φερομένοις — δυναμένοις*, quae debentur Gassendo. Ambrosius vertit: *quae vero signa suspicere oportet, quum non possimus pronuntiare, valere sinamus.*

17. *παραλλάττοντα* [*ἐνδέχεται γίνεσθαι*]. Gassendi supplementum *ἐνδέχεται*, addito *γίνεσθαι*, recipi voluerat Meibomius, sed operae non paruerunt. Equidem tutius existimavi vulgatum *παραλλάττοντα* mutare in *παραλλάττει*, praecipue cum versio Ambrosii habeat *quae — immutant.* Idem Gassendus deinceps coniecerat *βραδείας ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς, παρὰ τὸ τὰ μήκη τόπων παραλλάττειν, καὶ παρὰ τὸ τόπους — περαιοῦσθαι*. Editiones primae habent *γῆς· παρὰ τὸ μήκη — παρ' ἡμῖν, ἢ καὶ βραδύτερον*. Versio Ambrosii: *super terram pro locorum longitudine immutant, et loca quaedam celerius peragunt et tardius, sicuti et apud nos quaedam conspiciuntur.* Meibomius dederat *ἢ παρὰ τὸ μήκη — παρ' ἡμῖν τάχιον ἢ καὶ βραδύτερον*. Vulgatum *περαιοῦντα τάχιον, ὡς καὶ παρ' ἡμῖν τάχιον ἢ καὶ βρ. τινὰ θεωρεῖται* correxi cum Gassendo. Locum

satis obscurum illustrabit locus comparatus Lucretii 5. versu 681 seqq.: *aut quia sol idem sub terras atque superne imparibus currens anfractibus, aetheris oras partit, et in partes non aequas dividit orbem, et quod ab alterutra detraxit parte, reponit eius in adversa tanto plus parte relatus, donec ad id signum coeli pervenit, ubi anni nodus nocturnas exaequat lucibus umbras. — Aut quia crassior est certis in partibus aër, sub terris ideo tremulum iubar haesitat igni, nec penetrare potest facile atque emergere ad ortus. Propterea noctes hiberno tempore longae cessant, dum veniat radiatum insigne diei. Aut etiam quia sic alternis partibus anni tardius et citius consuerunt confluere ignes, qui faciant solem certa desurgere parte.*

καὶ τοῦ τί δυνατόν. Vulgatum *εἰ δυνατὸν* correxit Meibomius. *ὃ δυνατὸν* coniecerat Gassendus.

18. *Ἐπισημασίαι — συγκυρήσεις.* Froben. *ἐπεισημασίαι.* Stephan. et Eudoc. *ἐπεὶ σημασίαι.* Deinceps *συγκρίσεις* Froben. Steph. Eudocia. Quod est in Codice Sambuci, Palatino et Florentino, praetulit cum Menagio Meibomius. Ita sect. 115. est de eadem re: *αἱ δ' ἐπισημασίαι αἱ γινόμεναι ἐπί τισι ζώοις κατὰ συγκύρημα γίνονται τοῦ καιροῦ.* Hic vero dicit *ἐπισημασίας τὰς ἐπὶ τοῖς ἄστροις.* Praeterea vulgare *γενέσθαι* correxi.

καὶ παρ' ἑτέροις, ὡςεὶ ἀέρος καὶ μεταβολῆς. Hanc vulgarem scripturam praeeunte Casaubono correxi. Sequebatur *ἔτι δὲ ποίοις*, quod cum Gassendo mutavi. Editiones aliquae *ἤδη* pro *ἔτι* habent.

19. *Νέφη.* Froben. Steph. Eudoc. Veneti Codd. et Arundel. *συνιδεῖν ἐφ' ᾗ γίνεσθαι — ἀέρος πνευμάτων συνώσεως.* nisi quod Eudocia *συνώσεις* habet. Quibuscum facit versio Ambrosii, qui *συνώσεις* reddidit. Deinceps *εἰς τοῦτο τελέσαι* Froben. Eudocia, Codd. Veneti, *τελέσας* Arundel. *εἰς τὸ τοῦτο τελέσαι* dedit Stephan. Cetera correxit Meibomius, qui tamen male dedisse videtur *ἢ πνευμάτων συνώσεις.* Equidem sublato *ἢ* dedi cum Gassendo *συνώσει.* Lucretius 6, 451 sqq. *ἀλληλούχους ἀτόμους* ita interpretatur: *Nubila concrescunt, ubi corpora multa volando hoc super in coeli spatio coiere repente asperiora; modis quae possint indupedita exiguis tamen inter se comprensa teneri. . Haec faciunt primum parvas consistere nubes.*

ἐπ' αὐτῶν — ἢ μὲν — ἢ δέ. Frob. Steph. ἢ μὲν — ἢ δέ. Copulam καὶ ante δι' ἀέρος omisit Froben. Eudoc. et versio Ambrosii. Pro βιαιοτέρας Froben. τοτέρας, Eudocia προτέρας habet; illud reddidit Ambrosius, et rescripsit Sambucus. δύναται dedit Meibomius, et ῥεύματα pro vulgato πνεύματα dare voluit, sed operae non paruerunt. Praeterea ἐξ αὐτῶν esse in Edd. quibusdam, coniicio ex annotatione Menagii: equidem vulgato ἐπὶ ἀπὸ praetuli. Verbum μεταβαλλόντων interpretatur locus Lucretii 6, 513 seqq. *Praeterea cum rarescunt quoque nubila ventis, aut dissolvuntur solis super icta calore, mittunt humorem pluvium stillando, quasi igni cera super calido tabescens multa liquescat.* Dubius aliquamdiu haesi, πνεύματα an ῥεύματα verum censerem; sed cum sequentia δι' ἀέρος κινουμένων et τὰς τοιαύτας ἐπιπέμψεις considero, ῥεύματα probandum video. Itaque voluit Epicurus explicare verba in priore oratione posita κατὰ ῥευμάτων συλλογήν. Verumtamen ita verba haec statim post membrum illud δύνανται συντελεῖσθαι collocanda fuisse videntur. Dum inspicio Lucretium 6, 619. *at retinere diu pluviae longum morari consuerunt* et cetera, video ῥεύματα significari longas et diuturnas pluvias.

20. καὶ κατὰ πνεύματος. Froben. Eudocia omisit κατὰ, et deinde καὶ ante κατὰ παρατρίψεις. Sambucus κατὰ adiici voluit.

καὶ κατάξεις. Stephaniana καὶ τάξεις. *atque ordines* Ambrosii versio. Gassendi πατάξεις probavit Menagius, qui Codicis Palatini et Florentini scripturam λόξεις annotavit.

πλεοναχῶς deest in Frob. Eudocia, Codd. Venetis: adiecit Sambucus. *multis modis* habet versio Ambrosii. Ceterum Lucretius tonitruum causas easdem tradit libri 6. initio, unde repetam eam, quam Epicurus hic primo loco tradit. Ille igitur versu 124. *Cum subito validi venti collecta procella nubibus intorsit sese conclusaque ibidem, turbine versante magis ac magis undique nubem, cogit, uti fiat spisso caua corpore circum. Post, ubi commovit vis eius et impetus acer, tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem: nec mirum: quum plena animae vesicula parva saepe ita dat magnum sonitum displosa repente.* Ad quem locum Lambinus locum Epicuri posuit, sed verba nescio ex qua

Editione aliter scripta attulit: ἀγγείοις παρὰ πυρὸς πεπνευματωμένοις βόμβον ἐν αὐτοῖς. Ceterum Menagius τὰ ἡμέτερα ἀγγεῖα interpretabatur vasa illa theatralia, βροντεῖα vocata, quibus fragorem tonitruum imitabantur in theatris: verum locus Lucretii non favet isti coniecturae.

Postremam causam Lucretius docet versu 156 seqq. *Denique saepe geli multus fragor atque ruina grandinis in magnis sonitum dat nubibus alte: ventus enim cum confercit, franguntur, in artum concreti, montes nimborum et grandine misti.* Denique ῥήξεις καὶ διαστάσεις νεφῶν posuit versu 137 seqq. *Fit quoque, ut interdum validi vis incita venti perscindat nubem perstringens impete recto.*

21. ἐκριπισμὸν — ὑπὸ πνευμάτων, ὅ. Ita Froben. Eudoc. Codd. Veneti. ὑπὸ πνευμάτων τοιούτων σωμάτων, ὅ Stephaniana. Versio Ambrosii: *statumque ex nubibus talium corporum, quae hunc splendorem efficiant.* Legit igitur scriptum ἐκ τῶν νεφῶν τοιούτων σωμάτων, omissis ὑπὸ πνευμάτων. Meibomius scripsit ὑπὸ πνευματωδῶν σωμάτων. Saltem ὑπὸ omissum oportebat; quam praepositionem equidem seclusi, restituta lectione antiqua.

ἐκπιασμὸν restitui e Frob. Steph. et Codd. Venetis, ἐκπιεσμὸν cum Gassendo dederat Meibomius.

ἐμπερίληψιν. Sola Stephan. cum Codice Palatino κατὰ περίληψιν. *per complexionem* versio Ambrosii: et deinceps *ea quae a sideribus manat se inferente luce.* Comparavit Menagius locum Aristotelis Meteorol. 2, 9. καίτοι τινὲς λέγουσιν, ὡς ἐν τοῖς νέφεσιν ἐγγίνεται πῦρ. τοῦτο δ' Ἐμπεδοκλῆς μέν φησιν εἶναι τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων — ἄλογος δὲ καὶ ἡ τοῦ πυρὸς ἐμπερίληψις. In verbo κατεσπειραμένου vitium esse suspicor, et scribendum κατεσπαρμένου, *disseminatae lucis.* Lucretius fulguris eandem causam reddit 6, 206 seqq. *semina quod nubes ipsas permulta necesse est ignis habere: etenim cum sunt humore sine ullo, flammeus est plerumque color et splendidus illis. Quippe etenim solis de lumine multa necesse est concipere, ut merito rubeant ignesque profundant. Hasce igitur cum ventus agens contrusit in unum compressitque locum cogens, expressa profundunt semina, quas faciunt flammae fulgere colores.* De iisdem iterum in tonitru versu 271 seqq.

διήθησιν τῶν νεφῶν. Malim διὰ τῶν νεφῶν. Democritus Stobaei Ecl. p. 594. ita: ἀστραπὴν δὲ σύγκρισιν νεφῶν, ὑφ' ἧς τὰ γεννητικὰ τοῦ πυρὸς διὰ τῶν πολυκένων ἀραιωμάτων ταῖς παρατρίψεσιν εἰς τὸ αὐτὸ συναλιζόμενον διηθεῖται. Ita locus ille scribendus fuerat. Lucretius 6, 214 seqq. *Fulgit item cum rarescunt quoque nubila coeli. Nam cum ventus eas leviter diducit euntes dissolvitque, cadant ingratis illa necesse est semina, quae faciunt fulgorem: tum sine tetro terrore ac sonitu fulgit nulloque tumultu.* Deinceps Froben. Stephan. Eudoc. Codd. Veneti ἢ ἀπὸ τοῦ πυρός. Hoc membrum equidem sanum esse non existimo, saltem non intelligo, quomodo nubes ab igne colligi et tonitru efficere dicantur.

τὴν τούτου κίνησιν. Suspicor haec coniungenda esse cum membro isto superiore: ἢ κατὰ διήθησιν — λεπτομερεστάτου φωτός.

τοῦ πνεύματος ἐκπύρωσιν. Articulum omisit Froben. Eudocia.

καὶ ἔκπτωσιν. Copulam omisit Froben. Stephan. Eudoc. Codd. Veneti. Hanc postremam causam solam posuit Lucretius 6, 160 seqq. *fulgit item, nubes ignis cum semina multa excussere suo concursu, ceu lapidem si percutiat lapis aut ferrum: nam tum quoque lumen exsilit, et claras scintillas dissipat ignis.*

Καὶ ἄλλους δὲ — καθορᾶν ἐχόμενον. Frob. Steph. Eudoc. Codd. Veneti καὶ κατ' ἄλλους δέ. Male deinceps τὸν ἐχόμενον dedit auctore Meibomio Wetsteiniana.

22. διὰ τὸ ἅμα — ἐμπίπτειν. Froben. Eudoc. Veneti libri διὰ τόλμα habent, quod vitium e versione Ambrosii correxit Stephaniana praeeunte Sambuco.

Καὶ κατ' ἐκπύρωσιν δι' ἀμφοτέρων, ἅμα τῷ τάχει. Ita correxit Meibomius vulgatum κατ' ἔμπτωσιν δὲ ἀμφοτέρων, interpretatus ἀμφοτέρων per συντόνου φορᾶς et σφοδρᾶς κατειλήσεως. Froben. et Codex Arundel. κατ' ἔμπρησιν δὲ habet, κατ' ἔμπτωσιν δὲ Stephan. praeeunte Sambuco et versione Ambrosii: *et per utrorumque incidentiam coruscatio maiore ad nos celeritate utatur.* Omisit igitur ἅμα. Eudocia κατέμπρασιν, Veneti libri κατ' ἔμπρωσιν habent. Verum vidit Sambucus. Post ἅμα suspicor

scriptum fuisse διὰ τὸ τάχει. Ceterum posteriorem rationem solam posuit Lucretius 6. versu 167 seqq. *caedere si quem ancipiti videas ferro procul arboris auctum, ante fit ut cernas ictum, quam plaga per auras det sonitum.*

23. καὶ κατὰ πλείονας — καὶ κατ' αὐτῶν ἀνείλησιν. Ita scripserat Meibomius, ubi erat κατὰ πλείονας — καὶ κατείλησιν. Sed Steph. cum Sambuco iam addiderat καί. In voce κατείλησιν consentit versio Ambrosii, Eudocia, libri Veneti et Arundel. κατέλησιν Florentinus habet. καὶ κατ' αἴγλησιν vitium est Editionis Londinensis. Est hic unus tantum modus; sequitur alter, καὶ κατὰ ῥῆξιν. ubi ante Meibomium erat κατάῤῥῆξιν.

τῆς ῥήξεως — κατὰ ταύτην δὲ τὴν τοῦ πυρὸς ἔκπτωσιν ἀνειλουμένων. Ita vulgabatur. Sed ἀνειλουμένου Frob. Stephan. Eudoc. Veneti libri. Transpositis vocibus τοῦ πυρὸς sensum declarasse mihi videor.

γίνεσθαι, πλείονος γενομένου πυρός. Froben. Stephan. Eudocia πλείονος γίνεσθαι γενομένου καὶ πνευμ. omisso πυρὸς, quod tamen Ambrosii versio reddidit. Hinc restituit Meibomius, et verba transposuit.

διὰ τὸ μὴ δύνασθαι. Negationem in Froben. et Eudoc. omissam e versione Ambrosii restituit Stephan. cum Sambuco.

γίνεσθαι τὸ μὲν πολὺ — ἀεὶ δὲ πρὸς ἄλληλα. Verba τὸ μὲν πολὺ — πίπτουσιν Meibomius temere transposuit supra collocata post illa ἐπὶ τοὺς κάτω τόπους, et scripsit in fine: πίπτουσιν· ἢ τῆς ῥήξεως. quo facto duobus in locis sententiarum nexum abrupit et turbavit: nec vidit verba τὸ μὲν πολὺ flagitare ἀπόδοσιν aliquam particula δὲ signandam, quam nostro in loco habes in verbis ἀεὶ πρὸς ἄλληλα, ubi δὲ inserui. Lucretius de fulgure antecedente tonitrum ita canit 6, 175 seqq. *Ventus ubi invasit nubem et versatus ibidem fecit, ut ante cavam docui spissescere nubem; mobilitate sua fervescit, ut omnia motu percalefacta vides ardescere: — ergo fervidus hic nubem cum perscidit atram, dissipat ardoris quasi per vim expressa repente semina, quae faciunt nictantia fulgura flammae. Inde sonus sequitur.* Quae videntur causam illam reddere, quam

habent verba Epicuri postrema: *καθὰ καὶ βροντὴν — ὑποχωρεῖν εἰς τὰ ἑξῆς.*

24. *θέσιν νέφους εἰς τοὺς κάτω τόπους, ἀλλοειδῶς — ὠσθέντος.* Pessima distinctione et scripturae vitio laborabat locus. *θέσιν* Ambrosius *positionem*, peius *cursum* vertit Meibomius. *ἑλικοειδῶς* scripsi. Intelligit enim quos alii *τυφῶνας* vocant. *ὠθέντος* est in Froben. et Eudocia. Sambucus e Codice *κάθεσιν* et *ὠσθέντος* annotavit. Lucretius 6, 424 seqq. *nam fit ut interdum tanquam demissa columna in mare de coelo descendat; quam freta circum fervescunt, graviter spirantibus incita flabris, et quaecunque in eo tum sunt deprensa tumultu navigia, in summum veniunt vexata periclum. Hoc fit, ubi interdum non quit vis incita venti rumpere quam cepit nubem, sed deprimit; ut sit in mare de coelo tanquam demissa columna paullatim. — Quam cum discidit, hinc prorumpitur in mare venti vis, et fervorem mirum concinnat in undis. Versabundus enim turbo descendit, et illam deducit pariter lento cum corpore nubem; quam simul ac gravidam detrusit ad aequora ponti, illo in aquam subito totum se immittit, et omne excitat ingenti sonitu mare, fervere cogens. Fit quoque ut involvat venti se nubibus ipse vortex, corradens ex aëre semina nubis, et quasi demissum coelo prestera imitetur. Hic ubi se in terras demisit dissolvitque, turbinis immanem vim provomit atque procellae. Sed quia fit raro omnino, montesque necesse est officere in terris, apparet crebrius idem prospectu maris in magno coeloque patenti.*

καὶ ῥύσεως. Male Stephan. *ῥήξεως* dedit. *ventorum collisio* est in versione Ambrosii. *ῥεύσεως* dederat Meibomius.

ὡς ἂν καὶ — γίνηται. ut generatio — fiat versio Ambrosii. male. Rectum *γένηται* dedit Eudocia.

25. *καὶ κατὰ πνεύματος — κράδασιν.* Froben. et Eudoc. copula omissa habent *κραδαστόν.* Hoc etiam Stephan. Codd. Veneti habent; *κράδασιν* e Florentino dedi. *κραδασμὸν* cum Casaubono dedit Meibomius.

τοῦτο ἔξωθεν — ἢ ἐκ τοῦ πίπτειν. Frob. Stephan. Eudocia, libri Veneti *τοῦτο ἢ ἔξωθεν — ἐκ τοῦ,* transposita particula *ἢ.*

ἀνταπόδοσιν. Froben. Steph. ἀνταποδίδωσιν. Versio Ambrosii verum reddit *redditionem.*

τρόπους πλείους. Froben. Stephan. Eudoc. Veneti libri πλείονας.

Τὰ δὲ πνεύματα — κατὰ χρόνον. Verba postrema omisit Froben. Eudocia, Veneti libri: e versione Ambrosii *in tempore* addidit Stephan. cum Sambuco. Meibomius ῥεύματα scribi voluit, intelligens procellas nubibus ruptis; quae quomodo ad causas terrae motuum pertineant, non intelligo. Idem sequens λοιπὰ in ὀλίγα mutatum voluit, idque fecit Wetsteiniana. Ad ὀλίγων intellige ὑδάτων. Pro διαδόσεως *divisió* habet versio Ambrosii, Sambuci margo διαλώσεως annotavit; voluit διαλύσεως scribere.

Videamus nunc de re. Plutarchus Placitor. 2, 15, 9. de terrae motu: Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι μὲν ὑπὸ πάχους τοῦ ἀέρος τοῦ ὑποκειμένου, ὑδατώδους ὄντος, ἀνακρουομένην αὐτὴν καὶ οἷον ὑποτυπτομένην κινεῖσθαι· ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ σηραγγώδη τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθεστῶσαν ὑπὸ τοῦ διασπειρομένου πνεύματος εἰς τὰς ἀντροειδεῖς κοιλότητας ἐμπίπτοντος σαλεύεσθαι. Seneca Q. Nat. 6, 21. *Omnes istas esse posse causas Epicurus ait, pluresque alias tentat: et alios, qui aliquid unum ex istis esse affirmarunt, corripit; cum sit arduum de iis, quae coniectura sequenda sunt, aliquid certi promittere. Ergo, ut ait, potest terram movere aqua, si partes aliquas eluit et abrasit, quibus desiit posse extenuatis sustineri, quod integris ferebatur. Potest terram movere impressio spiritus. Fortasse enim aër extrinsecus alio intrante aëre agitatur. Fortasse aliqua parte subito decidente percutitur, et inde motum capit. Fortasse aliqua parte terrae velut columnis quibusdam ac pilis sustinetur: quibus vitiatis ac recedentibus, tremit pondus impositum. Fortasse calida vis spiritus in ignem versa et fulmini similis, cum magna strage obstantium fertur. Fortasse palustres et iacentes aquas aliquis flatus impellit, et inde aut ictus terram quatit, aut spiritus agitatio, ipso motu crescens et se incitans, ab imo in summa usque perfertur. Nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum.* Lucretius 6, 535—600. easdem fere causas exposuit. Primam quidem: *Terra superne tremit magnis concussa ruinis subter, ubi ingentes speluncas subruit aetas. Quippe cadunt toti mon-*

tes, magnoque repente concussu late disserpunt inde tremores. Alteram his docet: *Fit quoque, ubi magnas in aquae vastasque lacunas gleba vetustate e terra provolvitur ingens, ut iactetur aquae fluctu quoque terra vacillans.* Tertiam versu 557. *ventus cum per loca subcava terrae collectus parte ex una procumbit, et urget obnixus magnis speluncas viribus altas: incumbit tellus, quo venti prona premit vis.* Quartam versu 578. *ventus ubi atque animae subito vis maxima quaedam aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta, in loca se cava terrai coniecit, ibique speluncas inter magnas fremit ante tumultu, versabundaque portatur: post incita cum vis exagitata foras erumpitur, et simul altam diffindens terram, magnum concinnat hiatum. — Quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animai et fera vis venti per crebra foramina terrae dispertitur, ut horror, et incutit inde tremorem.* Quae loca si quis accurate cum graecis Epitomae comparaverit, facile animadvertet loca quaedam hiulca orationis, alia etiam vitiosa. Statim igitur verba ista, *καὶ τὸ πνεῦμα τοῦτο ἔξωθεν ἐμπεριλαμβάνῃ ἢ ἐκ τοῦ πίπτειν εἰς ἐδάφη*, partim prave distincta, partim vitiosa esse sentiet. Nam facile nunc apparet, post *παρασκευάζῃ* punctum fuisse ponendum, non, ut in vulgatis libris, comma; deinde *ἐμπεριλαμβάνει* scribendum est, quod verbum ad praecedens vocabulum *γῆ* refertur. Cum enim causam motus maxime ab incluso spiritu repetat Epicurus, nunc incipit docere, unde spiritus iste pervenerit in terrae secreta loca. Postea verba *πίπτειν εἰς ἐδάφη* quid significent, difficile est ad coniiciendum. Versio Ambrosii reddidit *in fundamenta ruit:* sed cum sequatur *κατὰ ταύτην δὲ τὴν διάδοσιν τῆς κινήσεως ἐκ τῶν πτώσεων ἐδαφῶν πολλῶν*, quae Ambrosius vertit: *propter hanc autem distributionem motus ex lapsibus fundamentorum plurimorum:* facile colligitur, priorem orationem esse vitiosam. Saltem praepositio *εἰς* abesse debebat, et scribendum erat: *ἐκ τοῦ πίπτειν τὰ ἐδάφη.* Ita vero ad sequens membrum, *ἢ εἰς ἀντροειδεῖς — τὸν πεπιλημένον ἀέρα*, desiderantur verba quaedam, veluti *διὰ τὸ εἰσῆχθαι*, vel similia. Interim praepositionem *εἰς* seclusi.

Sed etiam in reliquis insunt difficultates. Velut in verbis *Καὶ κατ' ἄλλους δὲ — γίνεσθαι* deesse videtur verbum *ἐνδέχεται*, nisi id verbum ex antecedente membro repetere malueris. Sequuntur *πνεύματα*, quorum origo

latius explicatur, et in quibus haesit etiam Meibomius, cum Epicurus iam antea vim et naturam spiritus ad terram movendam satis explicasse videri possit. Sed sermo fuit hucusque de spiritu externo intus suscepto et incluso. Nunc videtur loqui velle de spiritu intra terram ipsam nato, et partim ex aliena materia paullatim introducto, partim ex aquarum maiore minoreve copia influentium collecto et compresso.

26. *συντελεῖται μὲν κατά.* Ita Meibomius scripsit. Froben. Steph. Eudoc. recte *συντελεῖται καὶ κατὰ* habent. Deinceps verba *καὶ κατὰ μέρισιν καὶ τῆξιν μετριωτέραν, ὑδατοειδῶν τινῶν* desunt in Froben. et Eudocia; e versione Ambrosii addidisse videtur Steph. cum Sambuco. Postea *ὁμοῦ ῥῆξιν ἅμα τήν τε σύνωσιν* habent Frob. Steph. Eudocia et libri Veneti; sed *ἅμα* omisit Wetsteiniana.

καὶ κατὰ πῆξιν. Meibomius *κατὰ* addidit. Deinde *ποιουμένην καὶ διάῤῥηξιν — πηγνύμενα καὶ κατὰ ἀθρότητα* Froben. Steph. versio Ambrosii, Eudocia, libri Veneti. *ποιουμένων· ἢ καὶ διὰ ῥῆξιν — συνίστασθαι· πηγνύμενα δὲ κατὰ ἀθρ.* dedit Wetsteiniana. Gassendus coniecit *καὶ κατὰ μέρισιν καὶ τῆξιν μετριωτέραν — καὶ τὴν διάῤῥηξιν.* Codex Florentinus *τῆξιν* habet, teste Menagio.

ἀποτηκομένων, καὶ ἐν τῇ συστάσει. πάντοθεν, ὡς. Verbum primum omisit Froben. Eudocia, libri Veneti. *ἀποκομένων, καὶ ἐν τῇ συστάσει πάντοθεν, ὡς λέγεται, καὶ τὰ μέρη* Stephan. Codex Florent. et Palatinus. *ἀποπικομένων* Codex Paris. *extremis undique convenientibus et in constantia omni ex parte, ut dictum est, partes et plane — circumstantibus* versio Ambrosii, qui Casaubono *ἁπτομένων* scriptum legisse videbatur. Codicis Sambuci et Aldrobandini scripturam recepit Wetsteiniana. Ecce vero Plutarchus Placitor. 2, 4. de grandine: *Ὁ δὲ Ἐπίκουρος ἀπὸ τῶν ἀτμῶν· στρογγυλαίνεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν καὶ τὸν ὑετὸν ἀπὸ τῆς μακρᾶς καταφορᾶς ἀποπεπληγμένον.* ubi Galenus habet *στρογγυλίζεσθαι δὲ τ. χ. καὶ τὸν ὑετὸν γίγνεσθαι ἀπὸ τῆς μακροτέρας φορᾶς διὰ τοῦ ἀέρος συμβαινούσης ἀποπληττομένην.* In Plutarcho erat vulgo *ὑποπεπλησμένον*, Mosquensis Codex dat *ὑποπεπλασμένον.* Verum vidit Reiske. In nostro loco Casaubonus Stephanianum *ἀποκομένων* mutatum voluit in *ἀποκεκομμένων* vel *ἀποκοπτομένων.* Apparet e Plutarcho, locum epistolae Epicuri non esse integrum, sed scriptum olim fuisse ita

fere: πάντοθεν τῶν ἄκρων ἀποκοπτομένων (vel ἀποτηκομένων) ἐν τῇ καταφορᾷ, ἢ καὶ ἐν τῇ συστάσει, πάντοθεν ὡς λέγεται τὰ μέρη ὁμαλῶς περιϊσταμένων εἴτε — τινῶν εἴτε πνευματωδῶν. Gassendus ὡς λέλεκται, κατὰ μέρη maluit.

Priorem doctrinae Epicureae partem multo difficilius est in tam lacera et disiecta oratione indagare et perspicere. Hoc statim apparet, ad grandinis generationem opus esse primum collectione aliqua vaporum aut nubium aquosarum. Verum hoc veluti corpus nusquam nominavit Epicurus. Deinde opus est congelatione ad cogendos vapores vel stillicidia. Haec congelatio effici videtur aquas undique circumstante spiritu frigido. Itaque scriptum fuisse suspicor: ἰσχυροτέραν, πάντοθεν πνευματωδῶν περιϊσταμένων τινῶν· καὶ κατὰ μέρισιν, καὶ τῆξιν μετριωτέραν, ὑδατοειδῶν τινῶν περιϊσταμένων. Alteram scilicet causam repetit a divisione vaporum congelatorum et levi liquefactione ab humore circumstante. Tertiam causam a ruptione, ῥήξει, nubis in glaciem solidatae repetere videtur. Tentavi etiam aliam viam hac ratione scribens: κατὰ πῆξιν ἰσχυροτέραν νεφῶν, πάντοθεν πνευματωδῶν ἢ ὑδατοειδῶν τινῶν περιϊσταμένων, καὶ καταμέρισιν καὶ τῆξιν μετριωτέραν, τήν τε σύνωσιν αὐτῶν ὁμοῦ καὶ διάῤῥηξιν ποιουμένων, πρὸς τὸ κατὰ μέρη συνίστασθαι, πηγνύμενα κατὰ ἁδρότητα. Postremum hoc praeferam vulgato ἀθρότητα, quod sensum commodum non habet. Versio habet *magna copia*, sed Ambrosius dederat *secundum soliditatem*. Videant doctiores, an propius a vero abierim coniectando!

27. διὰ πόρων συμμέτρων. Ita Meibomius vulgatum antea διαφορῶν συμμετρίως correxit. Versio Ambrosii: *nubibus variis commensionis*. συμμετρίας Codex Paris. Gassendus coniecerat δὶ ἀφρῶν συμμετρίας.

ὑπὸ πνεύματος φορᾶς. Ita Meibomius pro ὑπομνήματος σπορᾶς, qui σπορᾶς *dispersionis* vertit; rectius Casaubonus φορᾶς coniecit.

κατώτερον τόποις. Ita Wetstein. et Stephan. cum Codd. Sambuci, cum κατωτάτοις sit in Froben. Eudocia et libro Arundel. κάτω ταύτοις libri Veneti.

ὁμαλὴν ἀραιότητα ἔχουσι τοιαύτη πρόεσις. Primum ὠραιότητα Eudocia habet cum Froben. Deinde ἔχουσα omnes; correxit Meibomius. Postea τοιαύτην Stephan. et Codex Palatin. cum Ambrosii versione. Denique

προαίρεσις ante Aldrobandinum omnes, qui πρόεσις dedit, idemque sine dubio voluit Sambucus, sed operae dederunt *προέρεσις*. *emissio* est in versione Ambrosii. Et sic etiam in Codice Florentino.

θλιβομένων καὶ ὑδατοειδῶν συμπαρακειμένων. Ita habet Wetsteiniana contra fidem librorum transposita copula. Equidem vocabulum *ὑδατοειδῶν* statim post *νεφῶν* collocatum malim. Deinde Codex Florent. *ἃ λεῖον εἰς σύνωσιν* habet: eamque scripturam annotaverat iam Sambucus.

πῆξιν εἰληφότων. Haec desunt in Froben. Eudocia. Sambucus *πῆξιν εἰληφότα* addi iussit. Deinceps *ἀπόπαλσιν ἀναλαμβάνει* Froben. Steph. Eudoc. versio Ambrosii, Codex Arundel. et Veneti. *ἀπόπλασιν* vitium operarum esse videtur in Editione Aldrobandini. *ἀποτέλεσιν* dedit Meibomius, *ἂν λαμβάνοι* ego posui. Denique *τοῦτο τὸ ἄθροισμα* libri Veneti habent.

28. *ἢ ἀπὸ νοτερῶν*. Froben. Stephan. Eudocia, Codex Arundel. Veneti *ἀπονωτέρων* habent, sed versio Ambrosii *ex humentibus locis*. Deinceps *ἐν τοῖς τόποις* Froben. Steph. Eudocia.

εἰς τὸ αὐτὸ λαβόντων, καὶ ἀποτέλεσιν ὑγρασίας. Haec Ambrosius vertit: *deinde quum haec inter se convenere, humiditatemque peregerunt*. Ineptissime contra Meibomius posuit: *deinde cum haec ad unum locum convenere humiditatisque perfectionem*. Ita vero causa rotunditatis nulla apparet, quam in grandine et roris guttis diligenter physici antiqui quaesiverunt. Humiditatis causam quaerere ineptum erat post illa superiora, *κατὰ φορὰν ἀπὸ νοτερῶν τόπων* et cet. Aut igitur *ὑγρασίας* in *μορφῆς* mutandum, aut *ἀποτέλεσιν* vitiosum est. Denique *πλεόνων* habet Froben. et Eudocia.

Πάχνη δὲ συντελεῖται. Haec verba in libris omnibus omissa restituit coniectura Gassendi.

πῆξίν τινα ποιὰν λαβόντων. Cum *δρόσων* antecesserit, *λαβουσῶν* expectabam. Quae sit *ποιά τις πῆξις* illa, non addidit Epicurus. Aristoteles Meteorol. I, 10. *πάχνη μέν, ὅταν ἡ ἀτμὶς παγῇ, πρὶν εἰς ὕδωρ συγκριθῇ πάλιν*. Contra liber de Mundo: *πάχνη δὲ δρόσος πεπηγυῖα· δροσοπάχνη δὲ ἡμιπαγὴς δρόσος*. unde Stobaeus Eclog. Physic. p. 664. duxit haec: *πάχνη δ', ἐστὶν ἡμιπαγὴς δρόσος*.

29. ὀξυγωνίων — καὶ κατὰ τὰ ἔξωθεν. Ita pessime Wetst. dedit, cum antea καὶ κατὰ ἔξωθεν legeretur. Debebat scribi καὶ κατὰ τὴν ἔξωθεν δέ. Sambucus ὀξυτονίων annotavit.

30. κατὰ πρόσλαμψιν — ἢ κατά τινα. Frob. Eudoc. ita Ἶρις γίνεται ἀέρος φύσιν ἰδίαν, intermediis omissis. Stephaniana dedit cum Sambuco omissa, sed in postremis habet ἢ κατ' ἀέρος φύσιν ἰδίαν. quam scripturam reddidit Ambrosius, qui paulo antea: *dum sol aquosum aëra sua luce perstringit.* Vocem ἀέρος deletam voluit Gassendus, cui τινὰ substituit Wetsteiniana. Praeterea ὑπὸ abesse malim.

ἢ τὰ — μονοειδές. Froben. Steph. Eudocia ἢ τὰ — μονοειδῶς. Verum ἢ reddidit Ambrosius. Correxit Gassendus.

χρῶσιν ταύτην λήψεται, οἵαν. Froben. χρῆσιν ταῦτα λήψεται. Steph. χρῶσιν ταύτην λ. cum versione Ambrosii et Sambuco. χρῆσιν λήψεται ταῦτα Eudocia. Deinceps οἷον Froben. Steph. Eudocia.

πρὸς τὰ μέρη τὰ τῆς περιφερείας. Τοιοῦτο δὲ φάντασμα γίνεται. Ita scriptum hunc locum reddidit Ambrosius: *quo partes has circumferentiae fulgere conspicimus. Fit autem huiusmodi visum.* Froben. Stephan. Eudocia, libri Veneti habent τὰ μέρη. τὰ δὲ τῆς περιφερείας τοῦτο φάντασμα. ubi τὸ δὲ cum Gassendo scripsit Wetsteinianae auctor. τὰ μέρη aquosi aëris partes interpretatur Meibomius, qui coniecturam nescio cuius πρὸς τὸν ἀέρα memorat et improbat.

ἀτόμων· ἢ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπό. Ante Meibomium τομῶν vulgabatur. Debetur emendatio Gassendo. Versio Ambrosii reddidit talem scripturam: τομῶν ἢ ἐν τοῖς νέφεσι, καὶ ἀπό.

ἀποφερομένων ἀτόμων περιφέρειάν τινα — προσφερομένου πρὸς τὴν σελήνην. Haec omnia Froben. Eudocia et libri Veneti omittunt. Omissa dedit Stephaniana, sed ibi est ἄλλως pro ἅλως, deinde κατὰ πάντοθεν ἀέρος προσφερομένου πρὸς τὴν σελήνην, ἢ τὰ ἀπ' αὐτῆς. ubi Meibomius correxit καὶ παρὰ πυρὸς πάντοθεν προσφερομένου πρὸς τ. σελ., καὶ τά. Aldrobandinus dedit ἅλως κατὰ τὴν σελήνην cum Sambuco, in cuius margine scriptum reperio καθεῖσθαι τὴν σύγκρισιν ταύτην. *Alias circa lunam fit, dum ex omni parte aër ad lunam refertur, deinde qui ex ipsa manant fluxus* versio Ambrosii. Confusam et turbatam a

librariis coronae et iridis descriptionem testantur libri scripti. Igitur non mirum, quaedam verba fuisse transposita. Ita mentio lunae in notitia iridis plane aliena est. Locum ita fere scribendum censeo: ἢ σύνωσιν τοιαύτην λαμβανουσῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι ἢ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀτόμων ἀπὸ τοῦ ἀέρος προσφερομένου πρὸς τὴν νεφέλην, ὥστε περιφέρειάν τινα καθίεσθαι εἰς τὴν σύγκρισιν ταύτην.

ῥεύματα ἀποφερόμενα — ἀναστέλλοντα. Ita Froben. Steph. Eudocia, libri Veneti. Correxit et mutavit Wetsteiniana Editio.

κύκλῳ περιστήσῃ. Froben. Steph. Eudocia, libri Veneti κύκλῳ περὶ τῆς εἰς. *quoad in gyro circa ipsam nubes consistat et non omnino dividat* versio Ambrosii veram scripturam secuta, ubi tamen ἐφ' ὅσον ἂν scriptum malim. Aldrobandinus κύκλῳ εἰς dedit.

τὸν πέριξ ἀέρα. Male Wetsteiniana τὸ πέριξ. Deinceps εἰς τὸ περιφερὲς τὸ περὶ αὐτὴν Froben. Steph. Eudocia. Versio Ambrosii: *ipsa undique cogente aequabiliter ad circumferentiam suam crassioremque constituente.* unde equidem malim scriptum: ὥςτε τὸ περὶ αὐτὴν παχυμερὲς εἰς τὸ περιφερὲς περιστῆσαι. Sensus certe ita clarior erit. Sed Meibomius vertit: *ut rotundam hanc et crassiorem figuram circa eam constituat.*

ἐπιτηδείων πόρων. Meibomius scripsit πυκνωμάτων, vertens *densitates.* Idem putabat etiam παχυμερῶν scribi potuisse. Neutrum verum puto, nec causam mutationis intelligo.

32. συστρεφομένου ἢ περιστάσεως. Frob. Steph. Eudocia, libri Veneti συντρεφομένου, περιστάσεως. Versio Ambrosii ἢ insertum legit et reddidit post γινομένης, quam distinctionem sequitur Gassendus.

ἢ αὐτὰ — γενέσθαι. Deest διὰ τό. Versio Ambrosii: *sive ipsae — moveantur — atque — declinent et manifesta omnibus fiant.* Gassendus ἐνδέχεται supplebat.

33. Τινὰ [τῶν ἄστρων] — αὐτοῦ. Wetsteiniana miro Meibomii, ut videtur, errore dedit ταύταις αἰτίαις, ὅτε τινὰ ἀναστρέφεται αὐτῶν. ὃ συμβαίνει. Froben. Steph. Eudocia, libri Veneti habent αἰτίας τινὰ ἀναστρέφεται αὐτοῦ. ὃ συμβαίνει. Versio Ambrosii omisit haec: τινὰ — αὐτοῦ. quae ad discrimen stellarum errantium et fixarum pertinent. αὐτοῦ est *ibi in uno eodemque loco.*

τὰ λοιπὰ ἀναστρέφεται. Frob. Eudocia, Codex Arund. τὸ λοιπὸν ἀναγράφεται. Steph. τὸ λοιπὸν ἀναστρέφεται cum libris Venetis, ἀναφέρεται Palatinus. περιστρέφεται dedit Meibomius. λοιπὰ vertit Ambrosius: *circum quam versentur reliqua.* Ceterum malim ὂν, referendum ad οὐρανοῦ, et τὰ λοιπὰ sunt stellae errantes.

αὐτοῖς προσεστάναι. Hoc effeci cum Gassendo e scriptura Aldrobandini προεστάναι. Froben. Stephan. Wetstein. αὐτῷ περιεστάναι.

ἑξῆς αὐτοῖς. Ita recte Aldrobandinus cum versione Ambrosii; reliquae αὐτῆς.

ἄλλους δὲ πλείονας. E libris Venetis δὲ inserui. Post συλλογίζεσθαι vulgo positum punctum sustuli; sequentia enim pendent ab his.

μὴ κινεῖσθαι. Gassendus μὴ πλανᾶσθαι maluit.

34. παρὰ τὰ κύκλῳ. Ita Wetsteiniana. παρὰ τῷ κύκλῳ Froben. Steph. Eudocia, libri Veneti. καὶ παρὰ τῶν Palatin. καὶ παρὰ τὸ κύκλῳ Florentinus. Equidem καὶ παρὰ τὸ τὰ dedi.

κατὰ τὴν ἅμα. Ita Froben. Steph. versio Ambrosii, Eudocia, libri Veneti. κατ' αὐτὴν ἅμα dedit Wetsteiniana.

καθ' οὓς τόπους — οὗ μὲν — ὁμαλῶς τε ἐκκαούσας. Froben. Steph. Eudoc. τρόπους, verum habet versio Ambrosii. Deinceps οὐ παρεκτάσεις Frob. Steph. versio Ambrosii, Eudocia, libri Veneti et Arundel. Correxit Aldrobandinus. Postea ὁμαλῶς τὰς ἐκκαούσας Froben. Eudocia, libri Veneti et Arundel. ὁμαλῶς τε Stephan. cum versione Ambrosii.

οὗ δὲ ἀνωμαλεῖς. Froben. Steph. versio Ambrosii, Eudocia habent οὐδὲ ἀνωμαλεῖς. Wetsteiniana οὗ δὲ ἀνωμάλους dedit.

ἀπολύωσι. Froben. Eudoc. libri Veneti et Arundel. ἀπολάβωσι. Steph. ἀπολύουσι. *absolvunt* versio Ambrosii. Verum dedit Aldrobandinus cum Sambuco.

36. οὗ ἂν — γίνηται. Vulgatum γίνεται correxi. Ita sequitur οὗ ἂν ἡ ὁρμὴ γένηται.

συμφιλίας γενομένης. Kühn maluit συμφυλίας, *naturarum cognatarum conspirationem* interpretatus, ut supra fuit ἀλλοφυλία. *Consensu incidente* Ambrosius vertit, ubi Sambucus adscripsit in margine συμβουλείας.

τισὶν ὁμιχλοειδέσι — κατείλησιν. Frob. Steph. Eudocia κατάλυσιν. *involutionem* versio Ambrosii. Verum

habet margo Sambuci et Codex Arundel. *κατ' εὔλησιν* Paris. *κατεύλησιν* Florent. Deinceps versio Ambrosii habet: *sive eruptionem continentium.* ubi Sambucus in margine adscripsit *εἴτ' ἐπὶ ἔκραξιν.*

37. *ταύτας ἀποτελεῖ.* Codex Arundel. *ἐπιτελεῖ.*

οὐδὲ γὰρ εἰς τὸ τυχὸν — ἢ, ἡ τοιαύτη μωρία — μὴ ὅτι εἰς παντελῆ. Hanc constantem scripturam Froben. Steph. versionis Ambrosii, Eudociae, librorum Venetorum temere mutavit Wetsteiniana in *οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν — ἢ, εἰς τοιαύτην μωρίαν — μὴ ὅτι τὸ παντελῆ.* Gassendus maluit *ἐμπέσῃ — μὴ ὅτι εἰς τὸ π. neque enim in animal ac quodlibet, modo id sit gratiosius paulo, eiusmodi stultitia cadet* versio Ambrosii. Cum forma verbi tum tempus et modus vitiosa mihi videntur. Debebat esse *πίπτοι ἄν.*

38. *ὦ Πυθόκλεις.* Ita Wetstein. *ὦ* deest in Froben. Steph. Eudoc. libris Venetis.

μᾶλλον δὲ σεαυτῷ ἀποδώσεις τήν. Ita Froben. Steph. (nisi quod haec *μάλιστα* habet) Eudocia, libri Veneti. *μᾶλλον* etiam Arundel. Versio Ambrosii vero: *maxime autem te ipsum dede ad speculanda principia et infinitatem.* ad quam conformavit temere scripturam Wetsteiniana: *μάλιστα δὲ σεαυτὸν ἀπόδος εἰς τὴν* et cet.

ἔτι τε κριτηρίων καὶ παθῶν. Haec verba omisit Froben. Eudocia et libri Veneti, habet versio Ambrosii et Stephan.

περὶ τῶν κατὰ μέρος. Ita Froben. Steph. Eudocia et libri Veneti. Temere *ὑπὲρ* dedit Wetstein.

ἢ μὴ μάλιστα. Negationem ita addidit Meibomius, cum e versione Ambrosii: *qui vero istis vel maxime contenti non fuere:* constare posset, potius inutilem particulam *ἢ* delendam esse, quod feci.

συνθεωρήσαιεν ἂν — περιεποιήσαντο. Wetsteiniana inseruit *ἄν.* recte! Gassendus deinceps *περιποιήσαιντο* maluit, quo ducere videtur Eudociae *περιποιήσαντο.* Sed vulgata scriptura recta est.